Relatiua secundū dici. iecta a dictis relationib⁹ denoīata.vt pater a paternitate.Uel sunt q̄ de s̄cato minus p̄ncipali important relationē annexā.vt scientia ꝛ virtus.ꝛc.Ex q̄ sequit̄.Si quis desinite nouerit vnū relatiuoꝝ:desinite noscat ꝛ reliquū. Sicut eñ esse vnius est ad aliud:ita ꝛ cognosci vnius dependet a cognitiōe alterius.De his aūt om̄ino determinare est difficile:dubitare aūt ꝛ q̄rere non inutile.Sunt aūt relationes huius p̄dicamenti respectus nō ratiōis.vt spe

Relatiua equipantię cies vel genus:per opus relatiuū intellectus fabricate.sed reales.vt similitudo.paternitas.nō aptitudinales:sed actuales ꝛ intrinsecus aduenientes.Et harū q̄dam sunt equipantię.quę scꝫ s̄m eandē rōnem sunt in eo qđ refert̄ ꝛ ad qđ fit relatio.vt similitudo rōne albedinis est in vtroq̄ꝫ termino. Quę sunt disquipārię per oppositū.vt paternitas in patre est.rōne potentie actiue que genuit.Filiatio aūt in altero extremo est ratione alia. scꝫ potētie passiue filij geniti. Di. Proprietates relatiuoꝝ quot sunt? Magi. Quattuor quarū prima hęc est.Relatiua contrariant̄.vt virtus vitio cōtrariat̄. ꝛ ignorantia disciplinę. Secunda. Relatiua suscipiunt magis ꝛ minus.vt simile dicit̄ aliq̄d magis vel minus.Hę tamen ppꝛietates non om̄ib⁹ relatiuis:nec etiam aliquib⁹ conueniūt.quia relationes:sed ratione fundamentoꝝ. Tertia.Omnia relatiua dicunt̄ ad cōuertentiā.vt duplū dimidij duplū.et pater filij pater.Et rursus:dimidiū dupli dimidiū est.ꝛ filius patris filius est.Hoc

Augusti. tamen fallit:si correlatiui nō fuerit cōueniens assiguatio. In multis eñ relatiuis hoc cōtingit.vt non inueniat̄ vocabulū quo sibi vicissim responde ant que ad se referunt̄.August.in.v.de trinita.inq̄t.ca .xij. Ut ala auis ala est.Non aūt ecōtra auis ale auis dicit̄.Similiter remus nauis remus est.sꝫ nō ōis nauis remi nauis est:cum sint naues remos nō habentes. Oportet igit̄ correlatiua cōuenienter assignare:ꝛ pro aue alatū:p naue remitū dicere

Dicitur enim ala alari, ala. et econuerso. alatum ale alatum. ⁊ remus remi-
re mus. Similiter remiũ remo remitum appellatur. Sic et caput capitati
caput est. ⁊ relatiue ad se dicunt: quamuis etiam substãtie sint. Di. Quomo
do autem cognoscimus si correlatiui fit cõueniens assignatio? Ma. Cu
seclusis omnibus ab ipo que accidentaliter de eo dicuntur: ipm adhuc ad re
latiuum refertur. vt seclusa risibilitate: animalitate: ⁊ ceteris a domino ni-
hilominus ad seruum refertur. Seclusa vero ala ab aue ad alatum ampli-
us non dicit. Quarta proprietas. Relatiua sunt simul natura ortu ⁊ occasu.
posita cũ se ponunt: perempta se perimunt. vt si pater est filius est. ⁊ econ-
uerso. Nec valet instantia scientia ⁊ scibili. sensu ⁊ sensato. nam scientia nõ
refertur ad scibile: sed scitum. sic sensus non refertur ad sensibile sed sensatũ
Hæc de relationibus intrinsecus aduenientibus: quæ scz positis extremis
necessario sunt. Restat vt de relationibus extrinsecus aduenient bus: Ali
quid despiciamus.

De Actione. Capitulum. IX. Di.

Elationes extrinsecus aduenientes quas dicis? Ma. Eas
que positis extremis non necessario sunt. Si enim sit ignis — Relatio ex-
⁊ lignum actionem esse necessariũ non est: donec fuerint ap — trisecus ad
plicata. Di. Actio igitur est relatio extrinsecus aduenien s? — ueniens.
Magi. Est: ⁊ non sola: sed et passio: ⁊ alia que supsunt pdi-
camenta. Di. Actio quid est? Mag. Est forma respectiua — Actio
scdm quã in id qd subijcit agere dicimur. vt secamus formaliter ipa sectione
⁊ ignis calefacit formaliter calefactione. effectiue vero calefacit calore. Di.
Quot sunt pprietates huius predicamenti? Magi. Tres. Prima. Actio ha- — Properates
bet contrariũ. vt calefactioni contrariat frigefactio. Suscipit etiam magis ⁊ — Actionis.
minus. vt magis ⁊ minus calefacere dicimur. Sciendũ autem has proprie- — Nota
tates non respectibus illis que actiones: sed eorum connotatis potius con-
uenire. Tertia est proprie proprium est actionem ex se inferre passionem. id est
actio est forma respectiua: qua agens formaliter in patiens producit formã
absolutã: que dicitur passio. vt ignis mediante calefactiõe inducit in aquã
passionem. scz caliditatem: a qua effectiue aqua patitur. formaliter aũt a re
specto actioni opposito: quã similiter passionem appellamus.

De Passione. Cap. X. Di.

Assio quid est? Magi. Est effectus illationis actionis. vt cale- — Passio.
factio passiua pducta in aquam effectus est: ⁊ illatio calefa-
ctionis actiue: qua scz ignis formaliter calefacere dicitur. Pas-
sio igitur actionis effectus est: non vt cause efficientis: sed for-
malis: mediante qua agens passionem passo infert. Posset in-
super alia definitio passionis dari. Di. Que? Mag. Passio est scdm quam
id qd subijcit pati dicitur. vt aqua calefieri dicitur formaliter: calefactione — Properates
passiua. Di. Huius pprietates que sunt? Ma. Passio duas primas pprie- — passionis
tates habet cum actione cõmunes. ⁊ tertiam ppriam. scz pprium est passio-
ni inferri ex actione. Di. Actio ⁊ passio qm correlatiua sunt: sil' natura sũt.
quõ igit passio ex actione põt inferri: cũ inferens illato naturaliter prius sit.

Ma. Si ꝓprietatē de absolutis accipimus: dubitationē non habet. Passio enī vti est caliditas ꝓducta in aq̄ ab igne infert. sed cum he qualitates sint ad hoc genus minime ꝑtinent. Necesse est ergo vt intelligamus passionē formam respectiuā inferri ex actione tanq̄ ꝑncipio formali. ab agente ꝟo tanq̄ a ꝑncipio effectiuo. Significat aūt cām formalē mediante qua simul esse cō effectu. Di. Admittis igit̄ actionem ⁊ passionē esse correlatiua? Ma. Admitto. Di. Ergo diuersa ꝑdimenta efficere non possunt: sed in eadem continent̄ coordinatione. sicut paternitas ⁊ filiatio. Mag. Optime inferes: nec ego actionem ⁊ passionē diuersa ꝑdicamenta: sed vnius ꝑdicamēti diuersos modos esse intelligo. vnde Augu. in logica sua. Actio ⁊ passio genere conueniunt: ⁊ qualitate differunt. Di. Cuius generis modi sunt? Ma. Transmutationis: que dicit respectū mutuū agentis ad patiens et econuerso.

Actio ⁊ passio sunt vnius generis impedimentalis

Augu.

De Quando. Cap.XI. Magi.

Quod sequit̄ in ordine predicamentoꝝ est Quando. Et est qđ ex adiacentia tempis in re tempali derelinquit̄. vt hodie. In re enī hodierno mensurata tempe respectus tempis mēsurantis causatur. Est aūt respectus extrinsecus adueniens. nam positis extremis sine earundē applicatione non cōsurgit. vt posito hoie extra celum: fundamentū ⁊ terminus ipius Quādo sunt. scȝ homo extra celum: ⁊ tempus sub celo: sed nondū Quando est. Di. Quot sunt ꝓprietates huius ꝑdicamenti? Ma. Tres. Prima. Quando non habet contrariū. Secunda. Quando non suscipit magis nec minus. Tertia. Quando inest omni illo qđ incipit esse in tempe. Et est intelligendū de Quando passiuo. Qñ enī actiuū est in tpe rem tempalem mensurante. Et sicut actio et passio vnius ꝑdicamenti diuersi sunt modi: ita quando actiuum ⁊ passiuū: pergamus ad vbi. Di. Perge.

Quando.

ꝓprietates Quando

De Ubi Capitulum.XII. Magi.

Ubi.

Ubi est circūscriptio corpis locati a loci circūscriptione ꝓcedens. vt esse in aqua. in aere. ⁊c. Ex hoc enī q̄ locus locatum circūscribit duplex ꝯsurgit respectus. vnus in corpe locato: ⁊ est Ubi passiuū hic de finitum: oppositus in loco circūscribente: ⁊ dicit̄ Ubi actiuū: ⁊ est locus ꝓ formali. Di. Ostendas ⁊ hunc respectū extrinsecus aduenientē. Ma. Quia positis extremis non applicatis nō ꝯsurgit. Posito enī homine extra celum esset in mundo locus: ⁊ locabile extra celum sine Ubi actiuo ⁊ passiuo. Dis. Proprietates huius quot sunt? Ma. Due. Prima. Ubi non habet contrarium. Secūda. Ubi non suscipit magis ⁊ minus. Oppositū tñ verius est: q2 Ubi est ꝑ se terminus motus. Sȝ de hoc in naturalib⁹ positionē ꝑcurram⁹.

Ubi passiuū Actiuum

ꝓprietat Ubi.

De Positione. Capitulum.XIII. Disci.

Positio.

Positio q̄d est? Mag. Positio est q̄dam partiū situs: ⁊ generationis ordinatio. vt esse sursum. sessio. statio. ⁊c. Pro cuius intellectu sciendū q̄ Positio ꝑmo dicit extensionē quātitatis extra ꝑtem quātitatiuā ⁊ sic est ꝑdicamenti quātitatis. Sunt enī q̄titates habentes positionē partium in cōtinuo. vt linea supficies. Secundo Positio dicit respectū partium positarū ꝑm Positiōis dr̄ias ad locū. ⁊ sic est ꝑdicamentū ab alijs distinctū. Respectus aūt partiū inter se ⁊ in toto sunt huius ꝑdicamenti modi speciales. Uel dicat̄. vt Augusti. dicit q̄ sint in Aliquid: q2 sunt respectus intrinsecus aduenientes. Ex q̄ sequit̄ q̄ aliqđ corpus poneret̄ extra celū: adhuc

Augusti.

haberet illā positionē. In definitione capiat̄ ꝛ pro vel. Di. Quot sunt positionis ꝓprietates? Ma. Tres. Prima/positio nō habet cōtrariū. Scđa positio nō suscipit magis ꝛ minus. Tertia ꝓpriū est positione substantie prime assistere. i. nullū primus substantie adest. Licet aliquid. eque prope. s. vbi sit cū res in loco est ꝛ in eo situata est. Definita est aūt hic positio passiua fundata in re posita. Positio aūt actiua est respect⁹ oppositus in loco fundat⁹.

positionis ꝓprietatis

De Habitu. Capitulū. XIIII. Ma.

Postremū in nūero p̄dicamentoꝝ. Habitū cōspicimus. Est aūt habitus corpoꝝ ꝛ eoꝝ qui circa corp⁹ sunt adiacentia. Id est habitus est respect⁹ in corpore habituato ex adiacentia habit⁹ causatus. Et est habit⁹ passiuus. Nam in re adiacente causat̄ respect⁹ alius qui habit⁹ actiuus dicit. vt esse tunicatū: esse loricatū. Di. Quot sunt habit⁹ ꝓprietates? Ma. Tres. Prima habitus suscipit magis ꝛ minus. vt eques est armatior pedite. Hec ꝓprietas attribuit̄ habitui nō vt respect⁹ est: sed rōne fundamenti: qđ ꝛ si intensiue magis ꝛ min⁹ nō suscipiat (q2 substantie sūt arma) tn̄ extensiue: q2 in equite sūt magis plurificata q̄ʒ in pedite. Scđa habitus nō habet ꝯtrariū. Tertia habit⁹ semp est in plurib⁹. si intelligat̄. s. in habito ꝛ habituato sic cōuenit vbi ꝛ quādo ꝛ alijs. q2 in visum est. vbi ē duplex. s. actiuū ꝛ passiuū. sic qn̄. sic ꝛ positio. sic silr̄. ꝛ habit⁹. Aliter ergo intelligenda ē ꝓprietas. habit⁹ semp est in pluribus. i. potest in plurib⁹ fundari simul et semel. vt vestitū esse simul ꝛ semel potest esse ex adiacentia tunice ꝛ pallij. sic ꝛ tuniacus quis dicit̄ etiā si decem tunicas induisset. De his satis dictū sit: postp̄dicamenta plustrabim⁹. Eorum namq̄ʒ noticia necessaria est. vt que p̄dicamenta ꝯsequuntur cognoscamus proprietates.

De postpredicamentis. Cap̄. XV. Di.

Quod sunt postp̄dicamenta? Ma. Quinq̄ʒ. s. Oppositio: sil: p̄us motus ꝛ habere. Di. De his itaq̄ʒ si q̄ habes in mediū ferre ne graueris. Et primū de oppositione. Ma. Oppositionis q̄tuor. sūt spēs. Nā oppositoꝝ q̄dam sunt ꝯria: quedā ꝯradictoria: q̄dā relatiue: et q̄dam p̄uatiue opposita. Cōtraria aūt sunt q̄cunq̄ʒ sub eodem genere posita maxime a se inuicē distant eidē suscꝑtibili vicissim insunt: a quo ꝛ mutuo se expellūt: nisi alteꝝ insit a natura (vt nigredo corui) Exempla sunt caliditas ꝛ frigiditas. albedo ꝛ nigredo. Sed regula hec in his cōtrarijs que bona ꝛ mala sūt deficit inquit Augustinus in Enchyridion capitulo. xiij. Hec eū duo ꝯtraria ita sibi sunt. vt si bonū nō esset. in quo malū esset: prorsus nec malū esse potuisset. quāuis bona sine malis esse possint. Sed hic p̄uatiue opposita ꝯria extento noīe dicere videt̄. nam exemplificando ait. potest eū hō vel angelus nō esse iniustus. iniustus aūt nō potest esse nisi hō vel angelus. Hoc qui voluerit. ca. antecedenti ꝛ sequēti ibidē diligentius ingrat: ad ꝓpositū redeamus. Sunt aūt ꝯria duplicia. viꝫ mediata ꝛ imediata. Di. Que sūt cōtraria imediata? Ma. Quoꝝ. subiecto susceptibili existente necesse est ad alterū eoꝝ inesse. vt paritas ꝛ imparitas respectu nūeri. Contraria ṽo mediata sunt. quoꝝ subiecto susceptibili existēte nō est necesse alterū inesse. Potest eū mediū inesse. vt albedo ꝛ nigredo. inter que mediat rubedo. ꝛc. Quibusdam tamē medijs noīa nō sunt imposita. tūc sumēda sunt p abnegationē vtriusq̄ʒ extremi. vt mediū inter prauū ꝛ studiosū ē. quod nec prauū nec studiosū est.

Cõtradicto-
ric oposita.
Relatie op
posita. Pri-
uatiue op-
posita.

Di. Que sunt ɔtradictorie opposita? Ma. Quoꝝ si alteꝝ est necesse est alte
terũ nõ esse. vt sedere ꝛ nõ sedere. Di. Que sunt relatiue opposita? Magi.
Quib9 hoc ipm est ad aliud quodãmodo se habere. vt duplũ ꝛ dimidiũ. Di.
Que sunt priuatiue opposita? Ma. Que habent fieri circa idem subiectum
ordine irregressibili. ꝛ tpe determinato a natura. vt visus ꝛ cecitas circa ocu-
lum (cecus aũt nõ dicitur qui nõ habet visum: sed qui visum non habet. tẽ
pore determinato quo deberet habere. vt catellus ante nouũ diem nec vidẽs
nec cecus est) dicit aũt ordine irregressibili. de visu enĩ ad cecitatem cõtingit
progredi ꝛ non econuerso. Impossibile est enim naturaliter a priuatione p
fecta in habitum fieri pgressum existente principio in trinseco. nã a tenebris
aeris regressio. fit in lucem. eo quod principiũ lucis sit extra aerem.

De Prioritate. Capitulum. XVI. Magi.

Prioris modi

Secundũ postpredicamentũ est Prius. Cuius qdem quatuor sunt
modi. Di. Qui? Ma. Primus est: quo alterũ est prius altero sm
tẽpus quod enĩ antiquius ꝛ senius est: prius est. Secundus est. quo
alterũ prius est altero qꝛ ab eo non ɔuertit subsistendi ɔsequentia.
vt vnũ prius est duob9. sequit enĩ bene. duo sunt igitur vnũ est: sed nõ ɔuerti
tit. vnũ est igitur duo sunt. Tertius est quo aliud dicit prius alio ordine. vt
littere prius sunt syllabis. Quartus est quo aliud dicit prius altero qꝛ meli9
ꝛ honorabili9 est. Hunc tamen modũ Augustinus inutilem dicit: in duode
cimo libro cõfessionũ Prioris modos ponit quatuor dicens. Deũ pcedente
Augustin.
oĩa eternitate: florem fructum tempe. ꝛ rursus fructum florem electione: et
sonũ pcedere cantũ origine: quomodo ꝛ informis materia pcedit alia origine
. et nõ tempe. Et pter hos est alius mod9 prioris. quo. s. alterũ alio prius est
natura. ꝛ ab ipso cõuertit subsistendi ɔsequentia. vt res est prior veritate p-
positionis. Ab eo enĩ qꝫ res est vel nõ est: oratio vera vel falsa dicit. vnde hoiem
esse prius est: qꝫ hec vera sit. hõ est. Et ab eo cõuertit subsistendi ɔsequentia.
sequit enĩ bene. verum est hoiem esse. igitur homo est.

De Simultate. Capitulum. XVII. Ma.

Simulta-
tis modi

Ertiũ in ordine postpdicamentũ est simultas: cui9 tres sunt modi
Di. Qui? Ma. Primus. quo aliqua sil' sunt tpe. vt ignis ꝛ splen-
dor eius. Secundus est quo sil' dicunt a quib9 conuertit subsisten-
di ɔsequentia ꝛ neutrũ est causa alteri9. vt relatiue opposita sequit
enĩ duplum est. igit dimidiũ est. ꝛ tamẽ neutrũ est alterius causa. Terti9 est
quo sil' sunt ea q ex opposito aliqd gen9 diuidũt. vt rõnale ꝛ irrationale. que
diuidũt aial. i. demõstrãt cõicabilitatẽ ipius aialis ea qꝫ potẽtiã ei9 declarãt.

De Motu. Capitulum. XVIII. Magi.

Mot9 spẽs
Generatio
Corruptio
Augmen-
tatio. Dimi
nutio. Alte-
ratio. Loci
mutatio

Uartum postpdicamentũ est motus. Et hui9 sex sunt spẽs. Accipit
aũt hic motus cõmuniter p transmutatione quacunqꝫ. Di. Que
sunt hee motus species? Ma. Generatio Corruptio Augmẽtatio
Diminutio Alteratio ꝛ Loci mutatio. Est aũt generatio pgressio a
non esse ad esse. Corruptio pgressio est ab esse ad nõ esse. Augmentatio est p
existentis quantitatis maioramentũ. Diminutio aũt pexistentis quantitatis
minoramentũ. Alteratio aũt est mutatio a qualitate contraria in cõtrariã.
vt de albo in nigrum. Loci vero mutatio motus est de vno loco in aliũ. vt de
sursum ad deorsũ. De his aũt latius videbimus in naturalibus.

De Habere. Capitulum. XIX. Ma.

q Uintum et vltimū postp̄dicamentū est habere. qđ quidem dicit multis modis. Primo enim dicimur habere qualitatē vt virtutem. Secūdo dicimur habere quātitatē vt magnitudinē. Tertio dicimur habere ea que circa corp' sunt. vt habere annulū in digito. Quarto habere dicimur membrū. vt pedem aut manū. Quinto dicimur habere possessionē. vt domū vel agrum. Sexto continens contentū habere dicitur. vt vas hʒ vinū. Septimus habendi modus est quo vir habet vxorem. Et hic modus habendi est alienissimus: vir enim non habet vxorem nisi quia cum ea sociatur: et cū eam habet habetur ab eadē. Preter hos autē et si alij sint habendi modi: ad p̄dictos tamen reduci possunt. Hec sunt filí que de p̄dicamentorum rationibus ignorare turpe: scire autē operepreciū est. Videamus et reliqua. Di. Ecce indefessum me semp habes auditorem.

Tractatus Tertius de Propositione. Cap. I. Ma.

Ognitis itaq; p̄dicabilibus et p̄dicamentis: ↄsequēs est vt discutiam' ad quē finē logic' harū ordinauerit noticiā. Di. Estimabā ex his q̄ ab initio p̄miseras hec oīa ad discretionē veri falsiq; deseruire. Ma. Et recte opinat' es. Talis autē discretio sine argumentatione et argumētatio absq; ꝓpositione haberi nō pōt. quaꝓpter ea q̄ dicta sūt immediate ad ꝓpositiones: et ꝓpositiones ad argumētatiōes: que rursus ad cōmunē logice finem applicāde sunt. et quoniam res nō semp ad disputationē ferre possum': ꝓ rebus vtimur vocibus. Sicut enim scripture vocū: ita voces rerū: et cōceptuū. i. passionū anime note sunt. Et sicut in itellectu quidam cōceptus sunt simplices nec veri nec falsi: quidam vero cōplexe veri et falsi: sic silr quidam voces sunt simplices, nec verū nec falsū significantes: quidam vero cōposite vere et false (circa cōpositionē nāq; veritas et falsitas sūt) Et he ex noīe et verbo res p̄dicabiles et subijcibiles signātes (. i. ↄceptibiles vni' ad alterā) ↄstituunt et vocāt orōnes. Aristoteles. i. periherm.

De Oratione. Capitulum. II. Di.

q Uid est oratio? Ma. Est vox significatiua ad placitū cui' partes separate aliquid significant. vt dictio non vt oratio. vt homo currit. hō significat hoīem et currit actū currendi. ptes tamen remote. s. dictionū syllabe nihil significant. vt hō cur. Orō bifaria est. s. pfecta et impfecta. Perfectā orōnem dicimus que pfectū in aīo auditoris sensū generat. vt hō currit. Per oppositū oratio impfecta est que nō sensum pfectū in aīo audiētis causat. vt hō albus. Et a logico abijcitur. pfecta vero rursus multifarie partitur. Quedā enim indicatiua: alia impatiua: alia dep̄dicatiua: alia optatiua: alia cōiunctiua. et cetera. scḋm quod verba in orōne posita in modis variant. Sed inter has logic' solā indicatiuā de verbo p̄sentis tempis accipit. Hec enim sola verū aut falsū significat: et inde enūciatio siue ꝓpositio dici meretur. Patet igitur talē cōponi ex noīe. vt definitū est in prioribus. Obliq enim noīa si iūgantur verbis indicatiui modi orōnem incōgruā ↄstituunt vt. cathonis currit. et sic nec verā nec falsā (verū enim et falsū p̄supponunt ↄgruū) Silr ex verbo prius definito. verba enim scḋm se sumpta nec verū nec falsum significant: sed noībus silia sunt. vt est si purū dixeris: nihil significat (scʒ veri vel falsi) denotat tamē quādā cōpositionē quā sine extremis nō est itelligere. ob hoc in definitione verbi dicitur: et est sp eorum q̄ de altero dicūtur nota. Ad incepta redeam'.

Perfecta
Impfecta.

Prō indicatiua ē enūciatio.

De Propositione. Capitulum.III. Di.

Propositio.

Q[uid] est ꝑpositio? Ma. Est oratio verũ vel falsũ ſcans. vel est ord nõ oĩs: sed in qua verũ vel falsũ est. vt hõ est aĩal. Et hec q̄dem est duplex. s. vna ⁊ plures Di. Quid est ꝑpositio vna? Ma. Que vnũ de vno ſcat. vel est cõiunctione vna. Sed ꝑpositio plures est q̄ nõ sed plr̃a ſcat incõiuncte. vt canis est alb⁹. Reiecta secũda logic⁹ primã amplectitur. Que bipartita est: vt ei⁹ manifestat definitio. Est em̃ quedã vna simpliciter qua cathegoricam. i. p̄dicatiuã dicimus. vt hõ currit. Quedã vero est vna cõiunctione: quã hypoteticã. i. suppositiuã noĩamus. vt hõ currit ⁊ asin⁹ mouet. Propositio vna siliter rursus duplex est. s. de in esse ⁊ modali.

Una plures

De propositione vna simpliciter siue cathegorica. Ca.IIII. Di.

cathegorica ꝑpõis diuisio ſm quãtitatem.

Q[uid] est ꝑpositio cathegorica de inesse? Ma. Est que h3 subiectũ ⁊ p̄dicatũ vel aliqđ ꝑportionabile illis: mediante copula diuncta vt hõ est aĩal. Subiectũ aũt dicim⁹ de quo aliq̄d enunciat. Predicatũ aũt qđ de altero dicit. Copula est que subiectũ p̄dicato cõiungit. vt h⁹ verbũ sum cũ suis cõdeclineis. Propositio cathegorica rursus diuidit nõ q̄dem ſm substantiuã: sed quãtitatẽ in vlem ꝑticularẽ indefinitã ⁊ singularẽ Di. Uniuersalis q̄ est? Ma. in qua subiectũ est vl'e signo vl'i determinatũ vt oĩs hõ est aĩal. Sunt aũt signa vniuersalia hec oĩs nullus q̄libet neuter vterq ⁊ silia. Uel est q̄ oĩ aut nulli (.s. subiecto) inesse ſcat (ip̄m p̄dicatũ) Particularis est in qua subiectũ est vl'e signo ꝑticulari determinatũ. vt quidã hõ est aĩal. Sunt aũt signa ꝑticularia hæc. Quidã aliquis alter ⁊ silia. Uel est que alicui: aut alicui non. aut non omni inesse ſcat. Indefinita est in qua subiectũ est vl'e sine signo distributiuo positũ. vt hõ est aĩal. addit autẽ distributiuo ꝑpter illã. Oẽs apostoli dei sunt duodecim vbi signũ oẽs non distributiuũ sed collectiuũ. est vl'ẽ que inesse aut nõ inesse ſcat sine signo vl'i vel ꝑticulari. Singularis vero est in qua subiectũ est indiuiduũ discrete tentũ ꝑpter illã. iohãnes est termin⁹ discret⁹. vt iohãnes est hõ. ille hõ est aĩal. Amplius q̄libet hax duplex ẽ. affirmatiua. s. ⁊ negatiua. Affirmatiuã dicim⁹ in q̄ p̄dicatũ affirmat de subiecto. vt hõ est aĩal. Negatiuã vero in qua p̄dicatũ de subiecto negat. vt hõ non est aĩal. Et hec diuisio ꝑpositionis ſm qualitatem est. Animaduertendũ non eodẽ modo de hac triplici diuisione interrogationes formari. De substãtia em̃ ĩquirim⁹ ꝑ que est: ⁊ respondem⁹. cathegorica vel hypotetica. D[e] quantitate per quãta est? Et respondem⁹. vniuersalis ꝑticularis. indefinita vel singularis. Et de qualitate per qualis est? Et respondemus affirmatiua vel negatiua.

Uniuersal' Signa vniuersalia ꝑticularia. Signa ꝑticularia indefinita.

Singul[aris]

Affirmatia ⁊ negatiua.

Interrogatiua ꝑpositionis.

De Oppositione Propositionũ. Cap.V. Magi.

P[reter] aũt hæc necessaria est ad ꝑpositionis noticiã passionũ eiusdẽ cognitio. Que sunt oppositio ꝯuersio ⁊ eq̄pollentia. De quib⁹ videndũ erit ꝑ ordinẽ p̄missis nõnullis diuisionib⁹. Quax prima. Propositionũ cathegoricax q̄dam tam in subiecto q̄ in p̄dicato ꝑticipant. vt homo est aĩal. hõ non est animal. Quedã altero tantũ. vt homo est animal. asinus est aĩal. Quedã nullo. vt hõ currit. asin⁹ mouet. Secũda. Propositionũ in subiecto ⁊ p̄dicato ꝑticipantiũ: quedã participant ordine cõuerso. vt hõ est animal: aĩal est homo. Quedã vero participant ordine eodem. vt homo est animal. oĩs homo est aĩal. Et his vltimo ordine enumeratis accidit oppositio partita quadrifarie. Sunt enim quedã ꝑpositiones opposite

Quib⁹ propositionib⁹ ꝯueniat oppositio.

cōtrarie, quedā ɔdictorie, quedā subcōtrarie, quedā vero subalterne. Opposi-tiones intelligunt͂ de ppositionib₃ simplicis q̄litatis. Di. Contrarie q̄ sunt? Ma. Uniuersalis affirmatiua ⁊ vl'is negatiua eiusdē subiecti ⁊ predicati, vt omnis hō est animal, nullus hō est aīal. Contradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ pticularis negatiua, vt oīs hō est aīal, quidā hō non est aīal. Et vl'is negatiua ⁊ pticularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ pdicati, vt nullus hō est anīal, q̄dam hō est aīal. Subalterne sunt vl'is affirmatiua ⁊ pticularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ pdicati, vt oīs hō est anīal, q̄dam hō est animal. Et vl'is negatiua ⁊ pticularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ pdi., vt nullus hō est aīal, q̄dam hō nō est aīal. Subcōtrarie sunt pticularis affirmatiua ⁊ pticularis negatiua eiusdē sub-iecti ⁊ pdicati, vt q̄dam hō est anīal q̄dam hō nō est aīal. Cōprehenduntur aūt in pposito indefinita ⁊ singl'aris sub pticulari. Nā quicq̄d de vna dicit͂ idē de alia intelligendū est. Oportet aūt ppositionū oppositar₃ subiecta ⁊ pdi-cata teneri ꝑcatiue, eque ample, eque stricte ⁊ eodem genere suppositionis. Oīm dictor₃ exempla patent in figura hic inserta. Nec ꝰ silentio preterundū ppōes. s. oppositas certis cōstringi le-gib₃: ꝑm quas veritas vl' falsitas earundē simul pōt esse vel nō esse. quas ta-men facile nō cognoscimus, nisi ⁊ materiā ppositionis intelligamus.

subalterne.

subcōtrarie



De materia propositionū. Capitulū. VI. Di.

Materia ppositionū quid est? Ma. Est subiectū ⁊ pdicatum ppositionis p materiali. In hac. i. de hac materia dicit͂ esse propositio. Formalis materia est habitudo et respect⁹ pdicati ad subiectū ne-cessaria ɔtingens, aut remota ꝑm pdicati ⁊ subiecti exigentiā. Unde materia triplex est. s. Necessaria: Contingens ⁊ Remota. Materiā autē necessariā siue naturalē dicimus: cū pdicatū est de essentia subiecti vl' ppriū eius, vt hō est aīal, hō est risibilis. Contingentē vero: cum pdicatum potest adesse vl' abesse subiecto pter subiecti corruptionē, vt hō est alb₃. Et remotā materiā accipi-mus si pdicatum nō potest cōuenire subiecto vt hō est asinus.

materia ppositionis

De Legibus Propositionū. Capitulū. VII. Di.

Que ē lex ɔtrariar₃? Ma. Hec est. Cōtrarie nūq̄₃ possunt sil' esse v͂e aut false de materia naturali vl' remota, de materia aūt ɔtingenti possunt sil' esse false, vt oīs hō est alb₃, null⁹ hō ē alb₃. Di. Nunq̄d he propositiōes, oīe aīal est hō, nullū anīal est hō ɔtrarie sunt de materia naturali ⁊ sil' false sunt? Ma. Cōtrarie q̄dem sunt ⁊ sil' false: de materia aūt naturali nō sunt: sed cōtingenti. Nam inferiora nō sunt de essentia supior₃: cū ipsis accidant. i. extranea sunt. Di. Que est lex subcōtrariar₃? Ma. Hec est. Si vna est falsa reliqua erit vera, et non ecōuerso. possunt cū ambe esse

Lex ɔtriar₃.

vere de materia cõtingenti.vt q̃dam hõ est albꝰ:quidã hõ non est albꝰ. Di. Que est lex subalternarũ? Ma. Hec est. Si vniuersalis est vera ꝑticularis est vera, ⁊ nõ econuerso. ⁊ si ꝑticularis est falsa: vl'is est falsa: ⁊ nõ ecõuerso. Di. Lex ꝯtradictoriarũ q̃lis est? Ma. Talis. Si vna est vera reliqua erit falsa et ecõuerso: quacũq; materia. Di. Haud assentior: sequeretur enĩ contingens esse necessariũ. ⁊ de necessitate euenire: ⁊ similr contingẽs esse impossibile ⁊ non posse fieri. Nam si quis dicat: nauale bellũ erit cras: ⁊ nauale bellũ non erit cras ꝯdictorias dicit: ergo vna esset vera: ⁊ reliq̃ falsa. Id autẽ qđ verũ est necessario eueniet: ⁊ ꝑ cõsequens ꝯtingens nõ est. Et qđ falsum est impossibile est fieri: nec cõtingens est. Ex quo rursus cõcluditur oĩa de necessitate euenire: ⁊ nos frustra de futuris cõsiliari aut deliberari. Ma. Itec tua argumẽtatio qđ infers cõcluderet: si in cõtradictorijs de futuro cõtingenti vna determinate: determinatiõe de necessario vera esset: ⁊ reliq̃ eadẽ determinatõe falsa: sed huiꝰ oppositũ sit. nulla ipsarũ determinate necessario vera ⁊ falsa est. licet necessariũ sit hanc vel illã verã aut falsam esse. Nec q: ita vel aliter eas enunciamꝰ magis vere aut false sunt. Propter enĩ nostrũ affirmare aut negare nihil sequit̃ in re. Tantũ de oppositione. Ad cõuersionẽ pergamus.

Lex subalternarum

Lex contradictoriarũ.

obiecto.

Solũ de veritate futurorũ cõtingentium.

De Conuersione. Capitulũ.VIII.

Di. Quid est conuersio? Ma. Est mutatio ꝑdicati in subiectũ ⁊ econuerso. vel est duarũ ꝑpositionũ cathegoricarũ vtroq; termino ꝑ̃cipaliũ ordine cõuerso: vniꝰ ad alterã ꝯsequẽtia formalis. Et ẽ duplex. s. simplex ⁊ ꝑ accidens. Conuersionẽ simplicẽ dicimꝰ mutationẽ ꝑdicati in subiectũ ⁊ ecõuerso manente eadẽ quãtitate ⁊ qualitate: vt nullus hõ est lapis. igit̃ nullꝰ lapis est hõ. homo est aĩal. igitur aĩal est hõ. Conuertũtur aũt hac cõuersione vl'is negatiua in se: ⁊ ꝑticularis affirmatiua in se. Cõuersionẽ vero ꝑ accidens appellamus: cũ fit mutatio ꝑdicati in subiectũ ⁊ ecõuerso: manente eadẽ q̃litate: quãtitate tñ variata. vt oĩs hõ est aĩal. igitur quoddã aĩal est hõ. Conuertit̃ itaq; hac cõuersione vl'is affirmatiua in ꝑticularẽ affirmatiuã. Silr vl'is negatiua in ꝑticularẽ negatiuã. vt nullꝰ hõ est asinus. igit̃ quidã asinus nõ est hõ. Attamen ad vl'em negatiuã potius ꝑticularis negatiua infert: q̃ vl'is negatiua in ꝑticularẽ negatiuã conuertat̃ ꝑ accidẽs. Dicit̃ enĩ conuersio ꝑ accidens: q: vl'is ꝑ aliud (videlicet per ꝑticularem) conuertat̃. vt vniuersalis affirmatiua infert ꝑticularẽ affirmatiuã: ⁊ hec rursum in se conuertit̃. Ideo vl'is affirmatiua in ipsam ꝑ accidens conuertit̃. Particularis aũt negatiua simpliciter cõuerti non potest: ideo ⁊ vl'is negatiua in ipsam ꝑ accidens non ꝯuertit̃. Preter has aũt ⁊ alia ꝯuersionis est spẽs quã nominant. Discipulus. Quid est conuersio per contrapositionem? Magister. Est mutatio predicati in subiectum ⁊ econuerso manente eadem qualitate et quantitate: mutatis tñ terminis finitis in terminos infinitos. Et hac conuersione cõuertitur vl'is affirmatiua in se. similiter ⁊ ꝑticularis negatiua in se. Exemplũ primi. oĩs hõ est aĩal. igit̃ omne non aĩal est nõ hõ. Exemplũ secũdi. quidã hõ non est asinus. igit̃ q̃dam non asinus non ẽ non hõ: hanc tñ ꝯuersionẽ Aristoteles nõ posuit. eo q ad syllogismorũ reductionẽ minime valet: nec ꝯñtia formalis fit. Ob id s̃m ipm ꝑticularis negatiua nõ cõuertit̃. Est aũt idẽ iudiciũ de infinitis singularibꝫ ⁊ ꝑticularibꝫ: quo ad conuersionẽ ⁊ syllogisationẽ. Et illud animaduertas: si quando signũ aliqđ ad subiectũ positũ fuerit q hoc totũ in cõuersione ponat̃ ad ꝑdicatũ: sed tamẽ hoc nõ cõtingit: nisi in ꝑpositionibꝫ vbi subiectũ vl'e est: ⁊ in cõuersione quãtitas ⁊ q̃litas nõ mutant̃. Verũ tamen exclusiua conuertit̃ in vl'em de terminis transpositis. vt tm̃ hõ est risibilis. igit̃ omne risibile est hõ. Exceptiua aũt vt ista. oĩs hõ ꝑter socratem currit. conuertit̃ in hanc. quoddã currens

Conuersio.

aliud a socrate est homo. Sed reduplicativa vt ista. omne animal in quantum rationale est risibile. conuertitur in istam. igitur quoddā qđ in quātum rationale est risibile: est animal. Pariformiter alie cōuertende sunt.

De Equipollentijs. Capitulū. IX. Ma.

Tertia ꝓpositionū passio est equipollentia. Et est duaꝝ ꝓpositionū cathegoricaꝝ in q̄titate ꝛ qualitate: veritate ꝛ falsitate equalentia ꝑ aduentū negationis facta. vt nō om̄is hō est aīal. ꝛ quidā hō nō est aīal. equipollent. Di. Per quid eq̄pollentias ꝓpositionū possumus cognoscere? Ma. Per regulas q̄ sequunt. Prima: si alicui signo vli vel ꝑticulari p̄ponat negatio: equipollet suo ꝯdictorio. vt in exemplo priori. Secūda: si alicui signo vli postponat negatio: equipollet suo ꝯtrario. vt om̄is homo nō est asinus. ꝛ nullus hō est asin⁹. Tertia: si alicui signo vli vel ꝑticulari p̄ponat ꝛ postponat negatio: equipollet suo subalterno. vt nō oīs hō nō est alb⁹. ꝛ quidā homo est albus. Fit aūt hoc ex natura negationis q̄ malignans est. quicq̄d em̄ inuenit destruit: ꝛ oppositū eius inducit. Subcontrarie aūt non possunt equipollere: nā si negatio p̄ponat equipollebit ꝯtradictorio ꝑ primā regulā. Si postponat non erit equipollentia sed eadē ꝓpositio. vt quidā homo nō currit. ꝛ quidā hō non currit. Patet itaq₃ ex dictis. cum duo signa vlia negatiua in eadē ꝓpōne fuerint: pmū equipollet suo ꝯtrario. scđm aūt suo contradictorio. vt nihil nihil est. eq̄pollet huic q̄dlibet est aliq̄d. Preter has aūt alie sunt equipollentie. quibus .s. ꝓpositiones obscure: suis equipollent exponentibus. de quibus in sequentib⁹. Transeamus nunc ad modificationem ꝓpositionum.

De Modalibus. Capitulum. X. Di.

Unde ꝓpositio dicit modalis? Ma. A modo syncathegoricematice capto modificante ꝛ determināte copulā. Modus aūt est adiacens rei determinatio. i. modus est determinatio que fit ꝑ adiectiuum. Om̄is em̄ mod⁹ adiectiuū est vel noīale. vt alb⁹ niger. vel aduerbiale. vt sūt aduerbia. ꝛ hec faciūt ꝓpōem modalē. Non tā oīa: sed ea q̄ copulā determināt vt sūt ist. possibilr impossibiliter cōtingēter necessario ꝟo ꝛ falso scitū opinatū creditum imaginatū. ꝛc. Hec tā q̄nq₃ sumunt nominaliter. vt possibile ipossibile cōtingens necesse verū ꝛ falsū. ꝛc. Propositio itaq₃ modalis dicit: cui⁹ copula aliquo dictoꝝ modoꝝ determinat. vt hō necessario est aīal. hoīem currere ē contingēs. Est aūt in his aliqđ quod verbū siue dictū noīatur. s. actūs cū infinitiuo: aut nūs cū indicatiuo. vt hoīem currere. hō currit. Ratione cui⁹ modalib⁹ conuerti congruit: ꝛ neutiq₃ rōne modi: q̄ se semꝑ ex parte copule tenet.

De conuersione modalium. Capitulū. XI. Di.

Quomodo conuertēde sūt modales? Ma. Ad cognitionē hui⁹ oportet p̄scire acceptiones possibilis: qđ accipit primo cōiter. ꝛ dicit possibile altū. ꝛ duplex ē. s. necessariū ꝛ nō necessariū. i. contingēs. Ideo quicq̄d de vno dicit silr de altero intelligendū est. Et tale rursus trifariū est. s. possibile siue ꝯtingens raritimatū: ꝛ ad vtrūlibet. Illo cognito regulis q̄busdam paucis modaliū habebis conuersiones. Prima. Oēs de possibili ꝛ cōtingenti alto cōuertunt eodē modo sicut ille de inesse. Scđa. Omnes de possibili ꝛ contingenti ad vtrūlibet cōuertende sunt in oppositā q̄litatē. Tertia. Oēs de necessario cōuertunt eodē modo sicut ille de inesse. Quarta. om̄es de impossibili cōuertunt eodē mō sic ille de necessario q̄b⁹ equipollēt. de quo infra. Regule conuersionis modalium.

Unde si eq̄pollent p̄ticulari negatiue d necessario. nō cōuertunt. q2 nec ipse p̄ticulares negatiue de necessario cōuerti possunt. cuius ratio est. q2 oēs de necessario cōuertunt sicut ille de in esse; sed p̄ticularis negatiua de inesse nō cōuerti: nisi cōuersione p̄ ɔtrapositionē; quā p̄hs ponere nō curauit; cū non deseruiat ad syllogismoꝝ reductionē: nec sit cōsequentia formalis.

De Equipollentia modaliū. Capitulū. XII. Di.

Uo ingenio equipollentie modaliū sunt indagande? Ma. Illo. Nā oēs eē de possibili z impossibili eq̄pollent ꝑbo mir se habente; z modo dissimiliter. Et oēs de possibili z necessario eq̄pollent ꝑbo z mō dissimiliter se habente. Oēs aūt de impossibili z necessario eq̄pollent ꝑbo dissimiliter se habente; z mō sir. Modus aūt vel verbū tunc sir se habet; quādo in vtroq̄ affirmat aut negat. Tunc ꝑo dissimiliter se habet; cū in vna negat z in alia affirmat. Negatio eīm posita ad dictū habet se ac si modo postponeretur. Hoꝝ exempla in suo scripta patent figura.

Pur	Petrū nō esse nō est possibile		I	Petrū esse nō est possibile.
pu	petrū nō esse nō ē ɔtingēs	ɔtra	li	petrū esse non est ɔtingens
re	petrū nō esse ē īpossibile	rie	a	petrū esse est impossibile
a	petrum esse est necesse		ce	petru non esse est necesse.

Contra torie

Subalterne dic Subalterne

Contra torie

A	Petrū esse est possibile		E	Petrū nō esse est possibile
ma	petrū esse est ɔtingens	subcō	den	petrū non esse est ɔtingens.
bi	petrū esse nō est īpossibile	trarie	tu	petrū nō esse nō ē īpossibile
mus	petrū nō esse nō est necesse.		li	petrum esse non est necesse.

In ha... gura ... liū q̄t... sunt a... z ppo... q;libi... in vn... q̄ an... mutu... pollet...

De oppositione modalium. Capitulū. XIII. Di.

Ppositio in modalibꝫ quō est sumēda? Ma. Penes dictū oppositio eodē mō sumit sic in illis de inesse. Sed penes modū oēs de necessario sunt vl'es affirmatiue. z oēs de īpossibili vl'es negatiue. oēs aūt de possibili z ɔtingenti sūt p̄ticulares affirmatiue; z oēs de possibili nō; z ɔtingenti nō; sūt p̄ticulares negatiue. vn̄ in figura p̄dicta oēs de quarto ordine sunt vl'es affirmatiue. oēs de tertio ordine. sūt vl'es negatiue. oēs de scḋo ordine sunt p̄ticulares negatiue. oēs ꝑo de p̄mo ordine sūt p̄ticulares affirmatiue. Ex his facile colligit oēs de quarto ordine his de ordine tertio ɔtrarias: illis aūt de ordine scḋo ɔdictorias esse. his ꝑo de ordine p̄mo subalternas censeri. silr ille de p̄mo ordine illis de scḋo sunt subcōtrarie; z his de tertio ordine ɔdictorie: illis aūt de q̄rto ordine sunt subalterne. Ut aūt singulos dictos modos faciliori possis ɔstituere: q̄ttuor dictiones ordinate sunt: angulis q̄ttuor deseruientes. Quaꝝ prima est Amabimꝰ. Scḋa Edentuli. Tertia Iliace. Quarta Purpurea. In q̄bꝫ singulis q̄ttuor sūt syllabe mōis q̄ttuor scḋm ordinē deseruientes; z vocales I his posite dicti z modi affirmationē z negationē indicant. Hoc mō vbi eīm ponit a: s̄cat nec dictum nec modū negari. E vero dictū negat. I negat modum. Et U negat z dictū z modū. Id aūt facile h̄ metro cōmendabis memorie. E dictū negat. I q̄ modū. A nil: sed U totū. Hactenꝰ de ppōne vna simplr. Nūc de ppōne vna cōiunctione (que et hypotetica) videamus.

De Propositione Hypotetica. Cap.XIIII. Di.

Quid est ppositio hypotetica? Ma. Que habet expresse vel implicite:
tio formaliter vel equaliter duas cathegoricas ppones: vel aliqd ppor
ica. tionabile illis tanq̄ partes pncipales sui: aliqua coniūctione coniun
ctas. vt si homo currit homo mouet. Et hec triptita reperit. s. copulatiua:
iua disiunctiua: et cōditionalis. Di. Que est copulatiua? Ma. In qua due p
positiones cathegorice ꝯiungunt per coniunctionē copulatiuā. vt homo cur
rit et asinus clamat. Ad hāc reducit tempalis. vt dum hō currit homo mo
is.t uetur. Resoluit em̄ hec in vnā copulatiuā. vt homo currit in aliquo tēpore:
et in eodē mouet. Similiter rōne localis ad copulatiuā reduci dinoscit. quia
in eam resoluit. vt vbi homo currit ibi mouet. i. homo currit in aliquo loco
et in eodem mouet. Requirit aūt ad veritatē copulatiue vtrāq ptem esse ve
ram. et ad falsitatē sufficit alterā ptem esse falsam. Ob id valet cōsequentia
a tota copulatiua ad quālibet eius ptem. et non ecōuerso. Sequit em̄ homo
currit et homo disputat. igitur hō currit. Di. Disiunctiua que est? Magi.
iua. In qua ppōes due cathegorice ꝯiūgunt per ꝯiūctionē disiūctiuā. vt hō cur
rit. vel petrus scribit. Et ad veritatē illius sufficit alteram ptem esse veram.
Et ad falsitatē requirit vtrāq ptem esse falsam. Et ob hoc valet cōsequen
tia ab vna eius pte ad totā disiunctiuā: et non ecōtra. vt sequit bene homo
currit. igitur hō currit. vel petrus scribit. Di. Cōditionalis que est? Magi.
nal In qua due ppōnes cathegorice cōiungunt per cōiunctionē ꝯditionalē. vt si
s homo currit homo mouet. Et ad eam reducit causalis: in qua s. ppositiō
nes ꝯiunctione causali cōiungunt. vt qr homo currit. hō mouet. Requiritur
autē ad veritatem eius q añs non possit esse verū sine cōsequente. vt si hō
est. aīl est. Et ad falsitatē eius sufficit q antecedens possit esse verū conseqn
te existente falso. vt si animal est. hō est. Qua ppe valet ꝯñtia a positione añ
cedentis ad positōem cōsequentis. vt hō est. igit aīal est. Similiter a destru
ctione cōsequētis ad destructōem antecedentis. vt hō non currit: igit hō non
mouet. Cognita ppositione: ordo pmissarū expostulat: vt argumentatiōes
percurramus Finis tractatus Tertij.

Tractactus Quartus de Argumentatione et Syllogismo simpliciter dicto. Cap. primū. quid Argumentatio / quid Argumentū / et Argumentationis que species. Discipulus.

icta Quid est argumentatio? Ma. Est argumenti per orōnem expli
catio: hoc est. Argumētatio est orō in qua virtus argumēti siue
medij ostendit et explicat. cum s. ex vnione extremitatū in pre
missis cum medio infert vnio eoꝝ inter se in cōclusione. Argu
mentū aūt est ratio siue mediū rei dubie faciens fidem. Vel est
nēta mediū probans conclusionē. Quid aūt per cōclusionē pcetur in
spēs ferius manifestū erit. Iam ad argumentationis diuisionē pgrediamur. Di.
Quot igit sunt argumētationis species? Ma. Quattuor: s. Syllogismus:
Enthymema: Inductio: et Exemplū. De his eo quo enumerate sunt ordine
dicemus. Et pmū de syllogismo: Nam oēs alie ad ipm tanq̄ ad pfectiorē
habent reduci.

Liber prior anst

De syllogismo et eius principijs. Cap.II. Ma.

Syllogism⁹

Est aūt syllogismus oratio in qua positis quibusdā ꝓpositionibus siue ꝑmissis: aliud qdem ab his que posita sunt (scȝ cōclusio) de necessitate accidit: eo ꝙ hec sunt. i. ꝓpter ꝑmissas positas. In hac aūt definitione syllogismi innuunť ṗncipia materialia ⁊ formalia. Materialia qdem cum dicit (qbusdā) Formalia aūt cum dicit (positis) quod valet in modo et figura dispositis. De quibus ⁊ alijs duob⁹ ṗncipijs vicȝ regularitiuis ⁊ pfectiuis in sequentib⁹ differendū est: ni tu habeas qd ante hec inquirere volueris. Di. Omnino nihil: sed iam dictum teneamus ordinem. Mag. Exordiamur itaq̄ a principijs syllogismi materialibus: que sunt Propositio et Terminus.

De ꝓpōne et ꝓ principijs syllogismi materialib⁹. Cap.III. Di.

Propositio. Quid est ꝓpositio? Ma. Est orō affirmatiua vł negatia alicuius de aliquo. Di. Cur hec definitio cum ea quā in superiorib⁹ tradidisti: non ꝯcordat: an qꝛ aliā hic definire voluisti ꝓpositionem quā in superiorib⁹? Ma. Non aliam sed aliter cōsideratā. In superiorib⁹ em̄ ꝓpositionem cōsiderauimus. vt per eam verū ⁊ falsum enunciamus. vn̄ ⁊ eam enunciationem vocare haud ꝑtermisimus. Hic vero eam cōsiderabimus ea rōne qua ex ipa syllogismū simpliciter fabricamus: ex quo diuersa sortiť nomina. Nam dicit ꝓpositio quasi ꝓ alia. scȝ cōsequente vel concłone positio. Dicit ⁊

Premissa. ꝑmissa. qꝛ cōclusioni ꝑmittiť. Dicitur item ⁊ cōclusio: cum iam argumento

Cōclusio ꝓbata fuerit. Anteq̄ aūt ꝓbata sit questio est. Questio em̄ dubitabilis pro-

Questio. positio est. Partes ꝓpositionis termini sunt subiectū ⁊ ṗdicatū. Terminū em̄

Terminus. dicimus in quem resoluiť ꝓpositio. vt in ṗdicatum. et in id de quo predicať (id est in subiectum) apposito vel diuiso: esse vel non esse. i. apposita copula affirmata vel negata. Nullus aūt syllogismus ex plib⁹ q̄ tribus terminis integrať: quorū primus maior extremitas: secūdus minor extremitas: terti⁹ vero mediū dicit: quod his sumptū cum extremitatib⁹ duas integrat ꝓpositiones: que sunt partes materiales syllogismi ꝓpinque: ⁊ sunt ꝑmisse quarum ea in qua ṗmus terminus poniť cum medio maior: illa vero in qua secundus terminus poniť cum medio minor dicit. Duo vero termini: primus scȝ et secundus sine medio cōiuncti tertiā syllogismi integrāt ꝓpositionem que dicitur conclusio illata ex ꝑmissis necessitate cōsequentie. Mediū autē in eam nō ingrediť. Di. Quo autem ordine ꝑmisse sunt ponende. vt conclusionē inferant? Ma. Eo: quem syllogismi ṗncipia formalia indicāt.

De principijs syllogismi formalibus. Cap.IIII. Di.

Que sunt ṗncipia syllogismi formalia? Ma. Sūt figura ⁊ modus Figura qdem est ordinatio triū terminoꝝ ꝫm debitā subiectionē ⁊ ṗdicationē. Huius aūt variatio qꝛ trifaria est: triplicē figurā ostendit. Quarū ṗma est. in qua mediū subijciť in vna ⁊ ṗdicať in alia. ⁊ sic q̄rta non distinguiť a ṗma. vt om̄is homo est aľ. petrus est homo. igiť petrus est animal. Scd̄a est in qua mediū ṗdicať in ambab⁹. vt om̄is homo est aľ. nullus lapis est aľ. igitur nullus lapis est homo. Tertia est in qua mediū subijcitur in vtraq̄. vt om̄is hō est aľ. om̄is homo est suba. igiť qdam substātia est animal. Di. Quid est modus? Ma. Est ordinatio ꝑmissarū in debita q̄ntitate ⁊ qualitate. Est aūt debita q̄litas vt ad minus vna sit affirmatiua

ṗma fi[gura]
Secun[da]
Tertia.
Modu[s]
Qualit[as]
Quant[itas]

Nam ex puris negatiuis nihil sequit᷑. Et cũ vna p̄missarũ negatiua fuerit: conclusio negatiua erit. Sic debita q̄titas est q̄ ad minus vna premissarũ sit vniuersalis: Nam ex puris p̄ticularibꝫ nihil sequit᷑. Et cum vna p̄missarũ p̄ticularis fuerit concl'o p̄ticularis est. Erit aũt in his om̄ibus de p̄ticularibus indefinitis ꝛ singularibꝫ idem iudicium. Di. Quot sunt modi? Mag. Quelibet figurarũ suos habet modos.

De modis prime figure. Cap. V. Discip.

q Quot sunt modi prime figure? Ma. Quattuor directe concludentes: ꝛ quinq̄ indirecte. Est aũt directe cõcludere maiorẽ extremitatẽ de minori in cõclusione p̄dicari. Indirecte vero cõcludere est minorẽ de maiore extremitate in conclusione p̄dicari. Di. Qui sunt modi directe concludentes huiusce figure? Ma. Qui per sequẽtes designant᷑ dictiones: que sunt Barbara: Celarent: Darij: ꝛ Ferio. Pro cuius intellectu memorię reponendũ: nõ om̄ibus his dictionibꝫ et sequentibꝫ tres syllabas reperiri tribus p̄positionibus syllogismi per ordinem deseruientes. Prima em̄ syllaba deseruit maiori p̄positioni, secũda minori, ꝛ tertia conclusioni. Vocales autem in his posite talium p̄positionũ: ꝛ q̄titatem ꝛ q̄litatem ostendunt hoc modo. Nam a p̄cat vniuersalem affirmatiuã. E vniuersalem negatiuã. I particularem affirmatiuã. et O p̄ticularem negatiuã. Di. Hęc per exempla in iam dictis modis explana. Ma. Exemplũ in Barbara. Om̄is hõ est aĩal. om̄e rõnale est homo. igit᷑ om̄e rõnale est aĩal. In Celarent. Nullũ aĩal est lapis. om̄is homo est aĩal. igitur nullus hõ est lapis. In Darij. Om̄is homo est aĩal. petrus est homo. igitur petrus est aĩal. In Ferio. Nullũ aĩal est lapis. homo ē aĩal. igitur homo nõ est lapis. Di. Qui sunt modi indirecte cõcludentes huius figure? Ma. Qui per sequẽtes designant᷑ dictiones. s. Baralipton: Celantes: Dabitis: Fapesmo: Frisesmoꝝ. Exẽm p̄mi. Om̄is hõ est sub̃a. om̄is hõ est aĩal. igit᷑ q̄dam substãtia est homo. Secũdi. Nullũ aĩal est lapis. om̄is homo est animal. igitur nullus lapis est homo. Tertij. Om̄is homo est animal. petrus est homo. igitur quoddam animal est petrus. Quarti. Om̄e animal est substantia. nullus lapis est animal. igitur q̄dam substantia non est lapis. Quinti. Quoddã animal est substantia. nullus lapis est animal. Igitur quedam substantia non est lapis. Ex dictis patet in hac figura om̄ia p̄positionum genera posse concludi. Patet rursus maiorem nõ esse p̄ticularem quãdo directe concluditur. Pꝫ similiter minorẽ nunq̄ esse negatiuã.

Directe concludere.
Indirecte concludere.
Modi directe concludentes prime figure.
Modi indirecte cõcludentes p̄me figure

De modis secunde figure. Cap. VI. Di.

q Qui sunt modi secunde figure? Ma. Qui in sequentibꝫ designant᷑ dictionibꝫ. s. Cesare: Camestres: Festino: Baroco. Di. Horum exempla addas. Ma. Exẽm p̄mi. Nullus lapis est aĩal. om̄is homo est animal. igitur nullus homo est lapis. Secundi. Om̄is homo est aĩal. nullus lapis est animal. igitur nullus lapis est homo. Tertij. nullus lapis est animal. q̄dam homo est animal. igitur q̄dam homo non est lapis. Quarti. Om̄is homo est animal. q̄dam lapis non est animal. igitur quidam lapis non est homo. In hac etiam figura sunt duo modi cõcludentes indirecte. s. Fapesmo ꝛ Frisesmoꝝ. Exẽm p̄mi. Om̄is homo est animal. nullus lapis est animal. igitur quidam homo non est lapis. Secũdi. Quidã homo est animal. nullus lapis est animal. igitur q̄dam homo non est lapis. Patet ex dictis sc̃dam figuram sp̄ negatiue concludere: quia in hac figura ex puris affirmatiuis nihil sequit᷑. Patet rursus maiorem nunq̄ esse p̄ticularem directe concludendo.

Modi sc̃de figure

De modis tertię figurę. Cap.VII. Di.

Ui sunt modi tertię figure? Ma. Qui in his designant vocib9. Da
q rapti: Felapton: Disamis: Datisi: Bocardo: Ferison. Horū exēpla sūt
Primi. Oīs homo est substantia. oīs homo est animal. igit̃ quodam aial est substantia. Exm̄ scđi. Nullus hō est lapis. oīs homo est aial. igitur quoddā aial nō est lapis. Exm̄ tertij. Quidā homo est suba. oīs hō est aial. igit̃ quoddā animal est substantia. Quarti. Oīs homo est substātia. qdam hō est al'. igit̃ quoddā al' est suba. Quinti. Quidā homo nō est lapis. oīs hō est al'. igit̃ quoddā al' non est lapis. Sexti. Nullus hō est lapis: qdam homo est al'. igit̃ quoddā aial nō est lapis. Et pter hos duo modi sūt indirecte ꝯcludentes. scꝫ Fapesmo: ꝛ Frisesmoꝝ. Exm̄ pmi. Oīs hō est al': nullus hō est lapis. igit̃ quoddā al' non est lapis. Scđi. Quidā hō est al': nullus hō est lapis. igit̃ quoddā al' non est lapis. Ex dictis claret hanc figurā solā pticularē ꝯcludere: ꝛ minorē negatiuā non admittere. Liquet ergo vniuersalē affirmatiuā difficulter posse ꝯcludi. qꝛ tm̄ in pma figura ꝛ vno mō quare ipa difficilis est ad ꝯstruendū: ꝛ facilis ad destruendū. Facilius em̄ est destruere qꝫ ꝯstruere. Particularis aūt negatiua facilioꝛ est ad ꝯcludēdum: quia in oī figura concludit̃: ꝛ ita facilis est ad construendū.

De syllogisatione modaliū in prima figura. Cap.VIII. Magi.

Modo syllogisandi iam finē imponerē: si te ex modaliū mixtione decipi nō formidarē. Nam in his nōnunqꝫ alię sumēde sunt regule qꝫ in ꝓpositionib9 de inesse de qbus iam dissertū est. Di. Quō igit̃ modales sunt syllogisabiles in pma figura? Ma. Hoc modo. Ex maiore de necessario et minore de inesse sequit̃ ꝯclusio de necessario: ꝛ non ecōuerso. Silr̃ si ambe pmisse fuerint de ꝯtingenti (capto ꝓ nō necessario) sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingenti in Barbara: Celarent: Darij: ꝛ Ferio. Et si maioꝛ de ꝯtingēti: sit ꝛ minoꝛ de inesse: sequit̃ semp ꝯclo de ꝯtingenti. Si aūt maioꝛ sit de inesse simpliciter: et minoꝛ de ꝯtingenti: sequit̃ ꝯclo de ꝯtingēti (capto ꝓ possibili) ꝛ cum maioꝛ fuerit de ꝯtingenti: ꝛ minoꝛ de necessario in oī mō huius figure: sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingenti specialiter capto. In Barbara aūt ꝛ Darij maiore de necessario ꝛ minore de ꝯtingenti: sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingenti (capto ꝓ possibili) In Celarent vero ꝛ Ferio: si maioꝛ sit de necessario: ꝛ minoꝛ de ꝯtingenti: sequit̃ concusio de possibili et de inesse.

De syllogisatione modaliū in secunda figura. Cap.IX. Di.

N scđa figura quō modales syllogisant? Mag. Eo quo sequit̃. Ex
i affirmatiua de ꝯtingenti ꝛ negatiua de inesse: sequit̃ ꝯclusio de contingenti. Ex ambab9 vero de ꝯtingenti nō sequit̃ ꝯclo. Ex negatiua autē de necessario: ꝛ affirmatiua vl' ꝯtingenti: sequit̃ conclusio de ꝯtingenti. Si aūt affirmatiua fuerit de ꝯtingenti ꝛ negatiua (nō qdem pticularis sꝫ vlis) de inesse simpliter: sequit̃ conclo de ꝯtingenti. Si aūt negatiua fuerit de necessario: ꝛ affirmatiua de ꝯtingenti in oī modo huius figure: sequit̃ conclo de ꝯtingenti et de inesse.

De syllogisatione modaliū in tertia figura. Cap.X. Ma.

In tertia figura syllogisant̃ modales hoc modo. Ex ambab9 de contingenti in oī mō huius figure sequit̃ conclo de ꝯtingenti. Silr̃ ex vna de inesse et alia de ꝯtingenti: fit ꝯclusio de ꝯtingenti: ꝛ si affirmatiua fuerit de necessario: ꝛ negatiua de ꝯtingenti specialiter capto. sequit̃ ꝯclusio de ꝯtingenti ꝛ de inesse. Exempla sumant̃ adinstar prioꝝ de inesse.

De modo syllogisandi ex obliquis. Cap.XI. Ma.

n Ec credas, ex rectis tm̄ syllogismos posse cōstitui: nam ex obliq̄s fiūt. Uñ in p̄ma figura maiore de recto: ⁊ minore de obliq̄. sequit̄ concl'o de obliq̄. vt om̄is sophia est disciplina: ⁊ boni est sophia. ergo boni est disciplina. Sil'r maiore de obliq̄. ⁊ minore de recto. sequit̄ concl'o de obliquo Consil'r ex ambab⁹ de obliq̄ sequit̄ concl'o de obliq̄. Sed in secunda figura ex obliq̄s sequit̄ concl'o de recto. vt nullius signi est signū. sed ipius risus est signū. igit̄ ipe risus nō est signū. In tertia figura. Ex obliq̄s similiter sequit̄ conclusio ex obliquo.

Syllogisa. iquisl:obz

De modo syllogisandi ex terminis infinitis. Cap. XII. Magi.

Ratio deliberatiua quibus absumit? Ma. Genus deliberationis aut cõsultationis ad vtilitatẽ tendit: ad quã oĩa referri debent in cõsilio dando. Illa autẽ pmo sunt suasori & dissuasori notanda quid fieri possit: & qd necesse sit aut nõ necesse. Nã si quid effici non potest: deliberatio tollit. Quia vtile sit. Cum autẽ querit qd fieri possit: videndũ est etiã ꝙ facile possit. Nam ꝑ difficilia perinde sepe habẽda sunt: ac si effici nõ possint. Et cum de necessitate attendemus. etiã si quid necessariũ nõ videbit: videndum: tñ erit ꝙ sit illud magnum. Quod em̃ permagnum est pro necessario sepe habet. Atendũ rursus in cõsultatiõe an tuto etiam sit illud aggredi. Uis em̃ dolusq; cõsultationis nobis aĩaduertenda sunt: qbus aduersus cõsilia nostra facile aliqñ obuiari potest. Et rursus: q2 hoc genus ad vtilitatẽ tendit: que in discernendis bonis malisq; versant ea discernẽda sunt. Di. Quo modo? Ma. Nam bonoꝝ qdam necessaria sũt. vt vita. libertas. cõiuges. germani. parentes. Quedam non necessaria tamẽ: cõmoditati cõiuncta sunt. vt opes. copie. clientele. Quedã honestati cõiuncta sunt: pro quib⁹ optimus quisq; ee tendit. vt gl̃ia. honor. nobilitas. &c. In his igitur reb⁹ cũ bona sint: facile intellectu est que coꝝ cõtraria. Et ab his ꝑsuasionis loca et argumenta formanda sunt. Et dissuasionis ab eorum maxime ↄtrarijs eliciendo. Et cũ non ad veritatẽ: sed etiam ad opiniones eorũ qui audiũt accõmodanda est oratio. hoc primũ intelligamus hoĩm esse duo genera. Alterum indoctũ & agreste: qd ante fert vtilitatem honestati. Alterũ expolitũ qd reb⁹ omnibus dignitatẽ anteponit & honestatẽ vtilitati. Itaq; huic laus honor. gl̃ia. fides. iusticia. omnisq; virtus. Alteri questus. emolimentũ. fructus voluptas laudanda est. Et post hac de efficiendi rõne dicamus: quib⁹ & cõtra quos: aut quo loco: aut qbus facultatib⁹ armoꝝ. socioꝝ. pecunie. ceterũq; rerũ que ad rem pficiendam ptinent vti possumus: perquirendũ est. Uterq; aũt suasor & dissuasor ad augendã exempla habeant aut recentiora: que notiora sunt: aut vetera: que plus auctoritat habent. Maximeq; in hoc genere pdest: vt possit vtilia & necessario honestis: vl̃ hec illis anteferre ad commouẽdos aĩos. Principia aũt in his dicendis generib⁹ breuia esse debebũt. Et in hoc gñe a natura rei auditorisq; ꝑsona: & a re ip̃a narratõs trahent.

…na neces…ia.
…necessa…

…oĩm gen⁹ …plex.

De orõne Judiciali: ꝛ a q̃bus locis cõst ituẽda. Ca.IIII. Di.

Genus iudi ciale

Actor

Reus.

o Ratio iudicialis q̃bus integrat̃? Ma. Hoc genus inter om̃ia diffi cilimũ est: q̃m iuris sciam: ꝛ humanarũ rerũ experientiã magnitudi ne sua cõplectit̃: cõtractusq̧ quos accusator ꝛ reus late diffuseq̧ nar rant: cõfirmant: cõfutant: atq̧ cõcludũt continet. Accusator aũt cum serua bit ordinem. vt singula argumenta q̃si hasta collata in manu vehementer ꝓponat: cõcludat acriter: cõfirmet tabulis decretis ꝛ testimonijs: ꝛ iratum efficiat iudicem. Reo aũt om̃ia secus facienda. Sumẽda em̃ sunt principia ad beniuolentiã concilandã: narrationes aũt amputande que ledunt. Fir mamenta ad fidem posita: aut per se diluenda aut obscuranda: aut digres sionibus obruenda: per orones aũt ad misc̃diam cõferenda. De his aũt cir ca cõfirmationẽ ꝛ conclusionem diffusius tractabimus. Nunc ad orõnis partes pergamus.

De partibus orationis in genere. Cap. V. Di.

Orõnis par tes quinq̧.

o Rationis ptes que ꝛ quot sunt? Ma. Orationis ptes quibꝫ supra dicte res complectunt̃ quinq̧ sunt. sꝫ Inuentio: Dispositio: Elocu tio: Pronunciatio. ꝛ Memoria: quarũ prime tres arte et preceptione percipiunt̃. Postreme due ptim a natura cõtribute: partim exercitatione et assiduo vsu comparari possunt.

De Inuentione ꝛ eiusdem ptibus. Cap. VI. Di.

Inuentiõis partes.

q Uid est inuẽtio? Magr. Est verboꝝ ꝛ rerũ apta negotijs excogitatio Et habet has partes. Exordiũ: Narrationẽ: Diuisionem: Cõforma tionem: Confutationẽ: ꝛ Conclusionẽ. De quibus per ordinem disse rendum. Et primo de Exordio.

De Exordio. Cap. VII. Di.

Exordiũ

Exordiũ q̃d dicis? Ma. Quo clara vel subrepens beniuolẽtie captatio sumit̃. Primũ ꝑncipio: scd̃m aũt insinuatione perfi cimus. Hoꝝ aũt diuersitas scd̃m q̃tuor genera sumit̃. aut em̃ in dubio causa nostra posita est: turpi honestoq̧ mixta exor diamur ab ea pte que honestatẽ continet. Et in ea ꝑncipio vtemurq̧ beniuolẽtia animus auditoris ꝑparandus est: ne turpitudinis ps obesse possit. Aut in honesta. vt si de funere religione: pietate: ꝛ filijs dicen dũ sit: ꝛ in ea laude ꝑncipiũ extollendũ apte ꝓcedendũ est. In turpi. vt cum res honesta oppugnat̃: aut turpis defendit̃: in ea insinuatione vtemur. Aut in humili. vt si de aliq̃ vili causa agit̃; et in ea q̃m res praua agit̃ attentũ auditorẽ inq̃rimus; amplificando exordiũ exemplis similiũ causarũ. Di.

Beniuolen tia captat̃.

Uñ aũt beniuolẽtia captanda est? Ma. A ꝑsona nostra. auditoris: vel ad uersarij. ꝛ a re ip̃a. vt si rem digna laude ꝓseq̃mur ꝛ merita dignitates. aut virtutis genera ꝑsone iudicis: aut nostre cõmemoramus. Hoꝝ aũt cõtraria in aduersariũ retorq̃mus. Ut aũt attente audiamur: a rebꝫ ip̃is ordiendũ est. vt q̃les ꝛ quante sint de quibꝫ nobis sermo est: ostendamus. In hoc etiam auditores dociles reddimus. Hec aũt moderanda sunt. vt nec assentatores: nec iactatores videamur. Assentatores q̃dem: si sup̃ modũ auditorũ laudes seq̃mur. Jactatores aũt: si minus modeste. vt nos. vel rem dicendã laudabi mus. Om̃ino etiã cauendũ est ne verbis ꝓlixioribꝫ: aut maxime sinlarũ ap

Exordiũ debet esse breue non mixtum multis sententijs. et in ipso proponere quod in orõne debet tractari et hoc modo ...

paratu in exordio vtamur. Hec eñi oratorem callidū ostentant: ꝛ fidem mi nuunt. attamē nōnunq̄ exordijs abstinemus. vt cum adeo honesta est cau sa vt exordio non sit opus. vt cum de religione dicendū est: aut cum agitur apud aliquos in causa: in qua sepius dictum est. Attentio tamen ꝛ beniuo lentia auditoris comparanda est.

De Narratione ꝛ Diuisione. Cap. VIII. Ma.

Exordio narrationē subijcimus: qua breuiter: apte: ꝛ verisimiliter causa exponit. Breuiter qdem: ne frustra tempus terat. Aperte: ne auditoris animus incertus ab audiendo distrahat. Verisimili autē vt fidem faciat. Primū tunc ꝓuabimus: si a necessarijs incipimus summatim dicimus: ꝛ transitionib⁊ supsedemus. Scdm si gestum vt gestū exponimus: ordinē ꝓuamus: ꝛ breuitatē sequimur. Tertiū aūt: si narrādo opi nionem mores ꝛ naturā aduertimus. Et hec qdem per ꝟba ꝓpria: nō sor dida: nec nimis exq̄sita: sed pura ꝛ familiaria nō sepius repetita aut diffu se narranda sunt. Narratione ꝑmissa statim sequit particio siue diuisio: q̄ cōuenientius trib⁊ dūtaxat ꝑtibus absumitur: ne si in plures: auditores te dio afficiat: aut si pauciores eorū mentes cōfundat.

De Cōfirmatione: Cōfutatione: ꝛ Cōstitutiōe. Cap. IX. Ma.

Hic cōfirmationē ꝛ ꝯfutationē subiūgere necesse est: vt singule ꝑti tionis nostre ꝑtes ꝓpria roborent confirmatione: ꝛ aduersarioꝝ in firmentur cōfutatione. Cōfirmabimus aūt narrationes nr̄as: ꝛ ad uersarioꝝ cōfutabimus: ꝓut cōstitutio cause exposcit. Aut eñi cōie cturā: aut iure: aut legib⁊ causam ꝓbamus vel defendimus: aut confutabi mus. Vñ cōstitutionū qdam cōiecturalis: qdam iuridicialis: qdam ꝟo lega lis dicit. Di. Cōiecturalis quib⁊ ꝑtibus absumit? Magi. Signo: Argu mēto: Probabili: Cōsecutione: Collatione: ꝛ Approbatiōe. Signo qdem ꝓba mus qd a loco: tempe: spacio: spe ꝑficiendi: ꝛ spe celandi accipimus. Argu mento: cū tpa cōsideramus. ꝑtitū. ꝑsens et futuꝝ. Probabili qd a causa: vi a natione: ꝑria: etate: educatione ꝛ studio sumit. Cōsecutione que in signis nocentis. ꝛ innocētis inquirit. hec sunt pallor. rubor. tremor. ꝛ inconstātia. Collatione: cum soli potuisse facere ꝓbabimus: ꝛ rōnes alias fugisse. Appro batione aūt in testiū. questionū. rumoꝝ. ꝛ argumentoꝝ adductione. Hec oīa infirmant: si demōstrabimus nullā rem esse que suspitionib⁊ criminari nō possit: ꝛ rumores facile vulgus cōfringere ꝛ cōminisci solitū. Testib⁊ autem turpitudinē. questū. metū. fauorē. spem. simultatēq̄ obijciem⁹. Questionib⁊ aūt nullā fidem debere dicemus. q̄ credibilia nō dixerit: ꝛ ingenij cōmenti cia cōstanter nō ꝓnunciauerit: neq̄ tormentis fidem adhibendū dicemus. Et q̄ ideo tortus dixerit: q̄ finē dolorib⁊ faceret. Di. Iuridicialis cōstitu tio q̄bus ꝑtibus absoluit? Ma. Duob⁊: absoluta ꝛ assumptiua. vt iuridi cialiter et absolute defendimus vel accusamus. tum cām nr̄am ꝓbamus a natura. lege. cōsuetudine. pacto. equo. ꝛ bono. Sed iuridicialiter ꝛ assūpti ue cām nr̄am tutabimur: cū per externū aliqd. ꝛ qd cause nostre alienū est nos defendimus. Et fit aut per translationē: cōparationē: cōcessionem: aut remotionē criminis. Per cōcessionē qdem cū purgatione vel deꝑcatione no bis ignosci postulamus. Unde purgatio necessitate: fortuna: vel imprudētia haud cōsulto factū esse arguit. Deꝑcatio vero licet cōsulto factū cōstat: pro ꝑstinis tñ bñficijs ꝟtute aut nobilitate sibi ignosci postulat. Di. Quemō

comparione? Ma. Querendo vtrū satius fuerit agere id qđ reus fecisse dicetur: facilius aut cōducibilius: an sibi illius rei vindicandi potestas fuerit
Remotio. τ an iudicare debuerint. Di. Quō remotiōe? Ma. Querēdo: is ne in quē causa cōfert: quantū ipe reus demōstrari potuerit. Hoc aūt fit in cōsideratione hois τ rerū. Di. Quō translatione? Mag. In aduersariū crimē ob
Translatio iectum transferendo. Cōfutabimus aūt dicta: cum nec fortuna: nec necessita
Cōfutatio te factū aliqđ demōstramus. Qui aūt animi motu se fugisse dicēt: τ animi
Constitutio legalis. vitio no imprudentia deliquisse dicent. Di. Cōstitutio legalis qbus partibus absumit? Ma. Cōstitutio legalis q ex legum interpratione defendimus τ accusamus: sex partibꝫ complet. Aut eñ cōtrarijs legibꝫ cōtendimꝰ dum nostra extollimus: τ aduersa reprobamus. Hec fit cum vna lex vetat: τ altera iubet. Aut scripto τ voce dū scriptoris mens cum scripto dissidet. Ambiguo: cū nostra iusta τ aduersa iniusta ostendemus. Rōcinatione: cū ppria lex non reperit τ simili vtemur. Cum eñ de eadem re nihil scriptū est rōne pnunciandū ducimus. Definitione aūt. vt si factū. furtū an sacrilegium. τc. appellandū sit. τ ita p nobis. τ cōtra aduersarios definitiones demōstramꝰ.

De Argumentatione. Cap. X. Ma.

Argumētū a signo probabili Et circa cōfirmationes nr̄as argumentis vtimur. Di. Unde sumitur argumentū? Ma. A signo pbabili τ necessario. Di. Probabile qđ dicis? Ma. Qđ fere fieri solet. aut in opinione multorum est. aut qđ habet similitudinē quandā veri τ falsi. Silitudo aūt cōtra
Silitudo a cōtrarijs rijs et a paribꝫ maxime spectat. Cōtrarijs vt non cōuenit ignosci his q prudenter nos ledunt: sicut non habere grām his qui necessario nobis psunt. Ex paribus. vt ita hō est indoctus. vt equus indomitus. Nam hic non habe
Signū credibile nis: nec ille rationi obtemparc vult. Omne aūt signū pbabile. credibile. aut compabile. Credibile est qđ sola opinione auditoris comprobat. vt nemo est qui nō liberos suos incolumes esse velit. Et fit triplici iudicato. s. religioso: communi: τ approbato. Religiosum aūt dico qđ iurati legibus iudicarūt Cōmune qđ oes sequūt τ pbant. vt maioribꝫ assurgēdū esse. Approbatū: qđ cum dubiū esset. et qle habere opteret hoies sua constituerunt auctoritate. Di. Comprobabile qđ est? Magi. Qđ rebus diuersis silem aliquā rōnem imagine: collatione: vel exemplo cōtinet. Imago aūt corpoꝝ. aut naturarū similitudinē demōstrat. Collatio rem cum rei silitudine confert. Exemplum vero rem auctoritate. aut casu alicuius hoīs vl negocij firmat vel infirmat
Argumētū a neccario. Di. Argumentū a necessario quō sumit? Ma. Per cōplexionē: enumerationem: τ cōclusionē. Est aūt cōplexio in q vtrū cōcesseris sp aliud rephendit. vt si improbus est cur vteris: si pbꝫ: cur accusas? Enumeratio est in q pluribus expositis: τ ceteris infirmatis. vna relinquit: que necessario cōfirmatur. Cōclusio aūt ex necessaria cōsecutione cōficit. vt vos hoc me fecisse dicitis. ego tūc trans mare fui. relinquit ergo vt nō modo non fecerim: sed nec idem facere potuerim. Ex his itaqꝫ locis τ similibꝫ oīs argumētatio
Rōcinatio. per rōcinationem elicienda est. Di. Quid est rōcinatio? Ma. Est oratō ex ipa re aliquid pbababile eliciens. Eam qntupartitā inuenies. s. expositione: expositionis cōclusione: ratione rōnis cōfirmatōne: exornatione: τ cōplexione. Di. Expositio (id est ppositio quā maiorē dicimus) quid est?
Expositio Ma. Est orō qua sūmatim ondimus: qđ summatim pbare voluerimus.
Exornatio. Di. Exornatio qđ est? Ma. Est orō q vtimur rei honestande vel locupletande causa. In ea summope cauendū est: ne qđ ab aliq fit: ab oībus fieri
Ratio ri dicamus. aut qđ raro fit nunqꝫ fieri ostendamus. Di. Ratio (que mi

hor dicit) quid est? Ma. Est causa que demõstrat verũ esse qd intendimus. Rõnis aũt cõfirmatio est q̃ multis argumẽtis corroborat breuiter expositam rõnem. verũ si expositio pspicua est. rõne ꝛ rõnis cõprobatione supsedemus. vt si summope sapientia appetenda est: maxime stulticia vitanda est. Di. Cõplexio (que cõclusio dicit) quid est? Ma. Que breuiter concludit ex dictis ita sentiẽdũ vt ppositũ est. Sũt aũt he cõclusiones non totius orõnis: sed partium eius. s. aut exordij: narrationis. argumentationis: cõclusionis: ꝛ epilogi.

De Conclusione. Cap. XI. Ma.

Singulis itaq; ad orõnẽ requisitis: cõclusione terminanda est orõ. Conclusio em̃ exitus ꝛ determinatio totius orõnis est: ꝛ cõplectit breuiter rõnes per totã orõnem tractatas. Illa qd ab oratore q° situr: ꝛ ex p̃missis rationib; infert. Hec aũt aut amplificatiõe. aut enumeratione: aut conquestione pficit. Di. Qñ amplificatione cõcludimus? Mag. Cũ per cohortatõem auditoris aĩm ad indignatione cõcitamus: qd quidem tredecim locis cõplecti poterit. maxime aũt in gñe iudiciali. Primus ab auctoritate sumit: cum ostẽdimus q̃te cure ea res dijs immortalib; fuerit. aut ex sortibus: oraculis: vaticinijs: re. põlo: ostentis: pdigijs. ꝛc. Aut maiorib; nr̃is sapiẽtissimis senatui. ꝛ maxime quõ de his rebus in lege sancitum est. Scđs ad qs prineat. que bona attingit: cõmemorat. Tertius: si oib; licẽtiam pcedat: multos eiusdẽ audacie futuros exẽplo aperiat. Quartus demonstrat si huic remissum sit: multos alaciores ad maleficia futuros: qs expectatio iudicij remorat. Quintus ceteras res pssilio etiam vbi accidet iñt corrigi posse: hoc nisi puideat ne accidat: si ultra auxilia implorari ostendit. Sextus voluntario facinori haud veniã cõtribuendã: imprudentie põo nõ nunq̃ cõcedendã cõmemorat. Septimus maleficiũ rem̃ crudele tyrannicum vi ꝛ manu gestũ ab equo ꝛ iure alienũ ostendit. Octauus non vulgare esse maleficiũ: sed singulare: īmanissimũ a Barbaris ꝛ beltijs remotissimũ perpetratũ in amicos. maiores natu. mortuos. Itẽ in eos qui neq; alienũ ledere: neq; se defendere potuerũt manifestat. Nonus compatione: hoc atroci' demõstrat. Decimus: q̃ ante rem ꝛ in negocio acta sunt. que psequi soleãt: acriter ꝛ criminose exponit. Undecimus: iniurie cõtumeliã iunctã ostẽdit. Duodecimus est quo auditores vt iniurias suas ad res nr̃as referant oramus. Tredecimus est q̃ ea que nob accideriit etiã inimicis nr̃is indigna videri. Di. Hec ppulchra simul atq; lucida vident. Sed qñ enumeratõe cõcludemus dicas? Ma. Cum in ordine colligimus q̃bus de reb; verba fecerimus a pfirmatione initiũ sumentes. Fit aũt vt artificij suspitõem: tediũ ꝛ satietatẽ effugere: ꝛ memoriã referre videamur. Di. Conq̃stione autẽ qñ in cõclone vtemur? Ma. Cum auditoris aĩm ad misc̃diam mouem'. Hoc aũt multipliciter fieri põt. Primo. si q̃bus in bonis fuerimus: ꝛ quibus in malis nũc simus: ostẽdimus. Scđo q̃ nob incõmoda futura sunt: nisi causam obtinuerimus enumeramus. Tertio carptim vnũqđq; deploramus incõmodum. Quarto pter spem in miserijs nos demõstrabimus esse. Quinto pter merita nos in luctus positos aperimus. Sexto nos sub cor̃ ptãte quor̃ misc̃diã captabim' subijciemus. Septio inopia. infirmitas: ꝛ solitudo demõstrat. Octauo nos parentũ solitudine: aut reipublice cã: nõ nr̃a calamitate dolere dicimus. Nono liberor̃ aut parentũ: aut sepeliẽdi corpis sui sit cõmẽdatio. Decio: disiũctio ci' cũ q̃ libẽtissime vixerim' deplorat. Undecio q; ab his

ribus minime conuenit male tractamur:edocemus. Duodecimo misericordiam nostram quam in alios vsi sumus ostendemus. Tredecimo contra fatum et nos diu in malis fuisse conquerimur. Decimoquarto animum nostrum fortem et patientem incommodorum futurum ostendemus: commiseratio autem breuem esse necesse est. Nihil enim lachryma citius arescit.

De dispositione. Cap. XII. Magister.

Rebus itaque ad orationem pertinentibus vt premittitur inuentis: eas rite collocare operepretium est. Hoc autem secunda parte orationis quam dispositionem diximus complectitur. Di. Dispositio igitur est pars orationis que inuenta incerta loca digerit atque locat. Magi. Sane definis. ea autem duplex est. altera enim ab arte proficiscitur. altera autem ad tempus accommodatur. Ea que ab arte profecta est: partium orationis et argumentationis ordinem seruat lege exordij: et singula queque membra ex preceptione collocat. Que vero ad tempus accommodata est. a narratione vel firma aliqua argumentatione principium orationis constituit. Unde si causa nostra magnam videtur habere difficultatem. vt nemo equo animo principium audire possit: a narratione incipiendum est. Si vero narratio parum probabilis est ab aliqua firma argumentatione exordiamur. nonnunque vero a litterarum aliquarum recitatione incipiemus. His autem commutationibus vti non oportet: nisi causa aut res postulet.

Dispositio secunda pars orationis Rhetoricalis

De Elocutione. Cap. XIII. Ma.

Actenus inuentionis et dispositionis partes tractauimus. nunc ordo premissorum expostulat. vt reliquas orationis partes percurramus. quarum prima Elocutio est. Di. Quid est Elocutio? Ma. Que inuenta atque disposita venuste exornat. Huius triplex est forma. s. Grauis: que pro materie et personarum qualitate complectitur verba rara. et sententias auctoritatibus innixas. Grauem etiam et magna constructione vtitur. Mediocris autem humiliora: non tamen infima inserit. Attenuata vero vsque ad purum atque quottidianum sermonem descendit: ornatum tamen. non autem exquisitum. habet et sententias eruditas: non tamen raras. vitia his proxima vitanda sunt. Hec autem fugere poterimus: si ad orationis elegantiam: compositionem: atque dignitatem respexerimus.

Elocutio tertia orationis pars

Grauis
Mediocris
Attenuata.

De Elegantia. Cap. XIIII. Di.

Legantiam quam dicis? Ma. Eam que vnumquodque pure et latine effert. Hec in latinitatem et explanationem distributa est. Latinitas autem sermone: pronunciatione et scriptura puram et congruam seruat structuram. Barbarismum et Solecismum vitat. Est autem Solecismus: cum verbum sequens superiori non accommodatur. Barbarismus vero cum verba viciose proferuntur. Di. Explanationem quam intelligis? Ma. Que verbis vsitatis et proprijs apertam et dilucidam reddit orationem. Sunt autem verba vsitata (ne erres) ea que quotidiana et trita doctoris consuetudine noscuntur. Propria vero ea sunt que illius rei verba sunt: aut esse possunt de qua loquimur.

Elegantia.
Latinitas.
Solecismus
Barbarismus.
Explanatio

De Compositione litterarum: syllabarum: et dictionum. Cap. XV. Di.

Quid est orationis compositio? Mag. Est lepida dictionum complexio: que hiatus traiectione partes elocutionis equaliter distinctas ordine et iunctura perpolitas facit. Hanc seruamus: si in cunctis seueritatem concinnitatemque tenemus. Quod quidem facile fieri potest: si litteras: syllabas: dictiones et orationes considerabimus. Litteras inquam. si dictionem alteram a vocali incipientem. in quam precedens terminata est: euitabimus. Etiam et sonoras: si multe

Compositio orationis.

totiens repetita: dissona est. Syllabas: si litibus cocurrentibus a se incipientio
bus aut terminat. aut altera ab ea in q prior terminata fuerit originē tra
hente: nō vtimur. siliter vitio dat breues syllabas cōtinuare quā plures siliter et
longas. dictiones autem cum siliter cōcurrentes: z sibi obuiantes euitamus: z
suauibus: sonoris. electis. aptis. cōmodis. proprijs. cōcinnis. nō nimis plixis
suspensis. sed splendentibus z significatiuis. que legentiū. audientiumue au
res atq animos mulcere possunt: vtimur.

De compositione partiū oratiōis. Cap. XVI. Ora.

In orationū vero cōpositione plura cōsideranda erunt pcepta: q
ab oratoribus sumo studio obseruata dinoscunt. E quibus (qm
multa sunt) ppauca hic pandā. Et sit hoc primū. Appositū in
pncipio suppositū in medio. z verbū in fine ornatissime ponit.
vt carthaginē Scipio Aphricanus deleuit. Scōm. Prepositiōes
perpulchre inter adiectiuū z substantantiuū interijciunt. Siliter relatiuum
cū suo verbo p modū parenthesis. vt ornatissimo in loco laudanda est (que
a paucis colitur) parsimonia. Tertiū siliter gtiūs ornate interponit. vt pstantes
militū animi. Quartū. Adiectiuū venuste p cedit substantiuū. vt optima vir
tus. z obliquus suū rectorē. vt locoz longinquitas. Attamē adiectiuū a sub
stantiuo nō nimiū elongetur. Quintū. Negatiua dictio apte in calce oratio
nis ponit. vt Prestantiorē te vidi neminē. Sextum. Ornatissime p gerundijs
gerundiuis vtimur noibus. vt gerendoz belloz gratia veni: z nō gra geren
di bella veni. Septimū. Prepositio perlepide positiuo addit: si exaugere veli
mus noia. vt perbeati: perpulchra. Sic suplatiuis multo: facile: longe: z quā
aduerbia pponimus vt longe doctissimus. egit q maximas gratias. q etiā
positiuis. vt q docti. siliter perq. vt perq doctus es. Sic z cōparatiuis multo
z longe ornate pponunt. vt longe doctior: multo sapientior. Multū paucum
modicū paululū tantū quātū positiuo adiungenda sunt. multū doctus. nō
aūt multo doctus. Octauū. Cum duo pariter se habuerint. vtriq tum dicti
onē: aut z cōiunctionē preponimus. vt petrus tum doctrina tum virtute cla
rus est. vel petrus z doctrina z virtute clarus est. Si vero duo se nō equali
ter: sed vnū minus aliud maius sit. minus in primo loco ponimus z ei cū pre
ponimus: maius vero posterius locandū z ei tum dictio pponenda est. vt amo
petrū cū ob doctrinā eius tum ob virtutē. Nonū. Ornate adiectiuū in sub
stantiuū neutri generis: z substantiuū in gtm mutat. vt multū laudis id ē
multa laus. sic z hec aduerbia locamus vt parum laudis id est parua laus
satis viriū id est sufficiētes vires. Decimū. Ultima supina ornate p gerūdijs
acti casus ponunt. vt difficile creditu id est ad credendū. Undecimū. Lepide
aduerbiū suplatiui gradus positiuo addit atq eundē suplatiue teneri facit
vt maxime memorabile facinus. i. memoratissimū facinus. Sic admodū z
in primis positiuis adiuncta vim ferme eandē retinent. vt admodū memo
rabile facinus. in primis rarū genus hominū. zc. Duodecimū. Comparatiuus
pulchre p positiuo ponit. vt Johannes in me inuehit vehemētius. i. vehe
menter. Multi etiā comparatiui aut suplatiui orationi splendorē afferunt
vt nec studiosiore operam: nec vigilantiorē curam in alio facile inuenies. zc
Tredecimū. Subiunctiuus pro indicatiuo nō inornate ponitur. vt velim p
volo. Decimumquartū. Hec dictio perq splendide positiuis additur. vt per
q doctus phus. Decimūquintum. Frequentatiua verba p primitiuis nō
inconuenienter poni solent. vt coniecto p conijcio. Sedecimū. Dictio ad
uersatiua quāq indicatiuo iuncta orationē: multū exornat vt q q te ante

hac diligebam. nunc tamen ob singularē virtutem vehementer admiror. Decimumseptimum. Non solū: non modo: apte locantur: si verū etiam sequentia verum: quoq; sequantur. vt non modo doctus es verū etiam honestus. Sic tam et q̄ sibi respondent. vt tam chara mihi patria est. q̄ nil i vita iocunda. Decimumoctauum. Oratio infinita perornate p indicatiua vel etiā subiunctiua ponit. vt volo te ad me scribere. id est volo ut ad me scribas. scio te legere. et nō: scio q tu leges. Nam q et vt orationē incultam reddunt. Futurū infinitiui verbi passiui ornate ponit p p̄senti eiusdē. vt lectū iri p legi. Decimumnonū. Prepositio que nomini adiungit pulchrius verbo addit. vt adeo te ornatius dici q̄ eo ad te. Uigesimū. Perinde: ornatissime postulat post se. ac vel atq; vel ac si: et valet totum idem qd tanq̄. vt cp ci ca perinde ac fore eunuchus. Camillus perinde atq; olim sapientissimus. Sic et tantisper: ornate dum post se recipit. vt tantisper meū dici te volo dum quod te dignū est facias. Similiter atq; pro q̄ lepide ponit. vt aliter feci atq; tu intelligis. Uigesimūprimū. Peruenusta orōnem reddit. si inter: gerundijs acti casus p̄ponatur: et v̄bum indicatiui impfecti temporis sequatur. vt inter cenandū loquebar hec. Et gerundia in do: cum vel sine p̄positione ornate poni possunt. vt in audiendo: promptus consulendo peritus. Uigesimūsecundū. Non illepide negatio positiuo adiungit ad contrarij positiui significationē designandā. vt haud improbus. id est probus. Uigesimūtertium. Ablatiui absoluti peruenustā reddunt orōnem maxime dum tēpus significare voluerimus. vt Octauiano regnante pax fuit. Scipione cōsule Poeni deuicti sunt. ꝛc. Uigesimūquartū. Pronomina possessiua ornate sequūt gti. vt mea causa fr et aliorum. Uigesimūquintū. Ornatissime imperatiuis subiunctiua v̄ba iungūtur. vt Cura vt vir sis. labora vt excellas. Uigesimūsextum. Dum patriā aut gentem alicuius designare placuerit nomen gentile: aut patriū exigimus. vt Atheniensis sum: et nō de Athenis. Grecus sum: nō de grecia. Uigesimūseptimū. Peruenuste dictio eadem repetitur. vt etiam atq; etiā. iterum atq; iterū. ꝛc. Uigesimūoctauū. Dictio negatiua ornatissime in fine ponit similiter superlatiuus. vt doctiorem te vidi neminē. De superlatiuo. vt ceterorum te iudicio prudentissimū. Uigesimūnonum. Peruenuste participia acti et ablatiui casus loco infinitiuorum suorum ponunt. vt inuentū tibi curabo: et adductum pamphilum. Prius q̄ incipias consulto. ꝛc. Item infinitiuus p p̄terito imperfecto poni reperit. vt mordere p mordebā. Trigesimū. Prepositio postponit suo casui. vt viro ab ouili. Preponit etiā genitiuo. vt de Ciceronis eloquentia. Item is ea id semp antecedere debent. vt is quē admiror doctus est. ꝛc. Hec et plura alia sunt cōpositionis p̄cepta: que singula p̄sequi: longiorē requirerent tractatum. Hec in p̄senti sufficiant. Ad dignitatē stilum vertamus.

De dignitate orationis et verborum exornationibus. Capitulū. XVII. Di.

Dignitas orationis.

QUid dicis orationis dignitatē? Ma. Illud qd orōnem ornatā: et verborum sententiā decore distinctā reddit. Primū itaq; libeat de verborum exornationibus disserere. quarum p̄ma est: que in verbi iteratione cōsistit: ea in octo partes distributa est. Prima ē Repetitio: q verbū in principio positū iterat. vt qs helenā rapuit: qs igne ferroq; Troiam deleuit: Alexander p̄fecto qui paris dicit. Secunda Conuersio: que verbū in fine locatum repetit. vt Italiam Hanibal armis vicit: ingenio vicit: dolo vicit. Tertia Complexio: que principio et fine verbū iterat

Verbū iterat octupliciter

vt quis Carthaginem deleuit: populus Romanus? Quis numantiã euertit? populus Romanus. &c. Quarta Traductio: que eandẽ dictionẽ vage collocat. vt qui nihil habet in vita iucundius vita: is cũ virtute vitam nõ potest ducere. Quinta Conduplicatio: que est vnius aut pluriũ iteratio: cũ ratione amplificationis. vt virtutẽ Scipionis: virtutẽ & huius vrbis gl'iaz cõmemorat. Sexta Cõmutatio: vt cum due diuerse sententie ita efferunt. vt a priori posterior cõtraria priori pficiscat. vt esse oportet vt viuas: nõ viuere vt edas. Septima: que non ante ad cõsequens verbum descendit: q̃ ad superius reuersum est: vt Si hostib9 quodlibet licet: & quod licet possunt & q̃ possunt audent: & quod audent faciunt: nihil laudis aut glorie nostris ciuibus relictũ est. Octaua Subiectio: vt cũ quid aduersum nos: aduersariosq; nostros dici potest querim9: & quod dici oportet sic subijcim9. vt cũ ne tu hoĩem esse putas: qui si hõ esset: nunq̃ sic hoĩs vitã insectaret.

De alijs verboꝝ exornationibus quibus nõ eadem verba sed verboꝝ vis effertur. Cap. XVIII. Ma.

PReter dictas alie sunt verboꝝ exornationes: quib9 nõ ṽba sed verboꝝ vis effert: & verbũ p ṽbo ponit. Di. Que sunt? Mag. Septem sunt. Quaꝝ prima agnolatio dicit. q̃ dissĩlibus ṽbis sĩlia ṽba accõmodat. vt diligere optet quẽ velis diligere. Secũda Interptatio: que iterat sed nõ verbũ reintegrat. vt Menia radicitus deiecit: muros solo equauit: pietes huius vrbis funditus euertit. Tertia Nominatio. Que minus idoneo verbo nominat: id cui9 noĩs non recordat: mugere. hinnire. vagire. Quarto Pronominatio: q̃ cognoĩe quodã extraneo dicit: qd̃ suo noĩe appellare licet. vt si quis graccos aphricani nepotes noiet. Quinta denoĩatio que a reb9 ppinquis & finitimis trahit orõnis originem: que potest intelligi res nõ suo nomine appellata. vt p libero vinũ: p cerere frugem. Sexta abusio: que p certo & ppinquo simili vtitur. vt p orare obsecrare supplicare. Septima Translatio: cum verbũ transfertur ad rem ex alia re. quod sĩlitudine recte videbitur posse fieri. vt vrbẽ subito extinxit. quottidianis nuptijs delectatur.

De exornationib9 verboꝝ simplicioꝝb9. Cap. XIX. Ma.

SUnt preterea alie verborum exornationes magis simplices & sine sñiaꝝ admixtione. Di. Et has enumera. Ma. Prima Articulus est: qui singula verba cesa oratione distinguit. vt armis: cruore: cadaverib9. & luctu oĩa cõplentur. Scd̃a. Sĩliter cadens q̃ sĩlibus casib9 orõnem dissimiliũ interpositione exornat. vt virtutem iugiter explorantẽ: & assiduis curis extollendã laudas. Tertia Sĩliter desinens que verboꝝ exitus sĩles dissimili medio habet. viuis gloriose. delinquis ambitiose. Quarta Correctio. que tollit qd̃ dictũ est: & p eo qd̃ magis idoneũ videt reponit. vt nisi hec fecisset: imo excogitasset: nullã suspitionẽ incidisset. Quĩta Distinctio: q̃ diuersa diuerso ṽbo cõcludit. vt pplus Roman9 Numantiã deleuit. Carthaginẽ euertit: Corinthũ disiecit. Sexta Cõiũctio: q̃ Iterpositiõe ṽbi supiores ptes cõplectit & iferiores. vt forme dignitas & morbo deflorescit & vetustate. Septĩa Adiũctio: q̃ aut pncipio. aut fine ṽbũ collocat vt deflorescit forme dignitas: aut morbo: aut vetustate. Octaua. Dissolutio: q̃

cōiunctionibꝫ verboꝝ e medio sublatio:seꝑatis ꝑtibus effert. vt clamoribꝫ.
vlulatibus ędes resonabāt. Nona Circūitio. que rē simplicē assumptā circū
scribit circuitiōe. vt Scipionis ꝟtus: carthaginis opes ꝑfregit. Decima trāſ
gressio q̄ verboꝝ ordinē ꝑturbat. vt instabilis in istis plurimū fortuna va-
luit: ꝛ fecisse tuū m'o ꝓ animo. Undecima Suꝑlatio. q̄ augēdi minuēdiue
causa suꝑat veritatē. vt ſmo melle dulcior. Duodecima Intellectio. cum res
tota de ꝑua ꝑcipitur de toto pars cognoscit. vt Nū ille te tibiæ nuptiales a
scelere arcebant: ꝛ ostentas mihi diuitias tuas: cum anulum tantum osten
tas. Tredecima Permutatio. quę aliud verbis: aliud sententia demonstrat.
vt lupus est in fabula.

De reliqs verboꝝ exornatiōibꝫ sentētijs admixtis. ca. XX. Di.

Sunt ne alie verboꝝ exornationes? Ma. Sunt. Di. Que? Ma.
Prima est Rōcinatio: cū ipi a nob rōnem exposcim⁹. vt in remi
litari ꝛ medica itidē res se hꝫ. Quo eñ dux ꝛ medic⁹ antiqor: eo
melior credit. vsu eñ ꝛ ꝯsuetudine q̄ victoriā ꝛ salutē parere cō-
sueuerūt: optime nouit. Scda Snia. que q̄d sit vel esse oporteat in
vita expositione sola: vel ratiōe ꝛ ꝓbatione ostēdit. vt domat oīa
ꝟtus. Tertio ꝯtrariū. q̄ alterū ex ꝯtrarijs facile cōfirmat. vt q̄ nō suis hosti-
bus quō alienis cōsuler? Quarta Membꝝ. q̄ res breuit absoluit: sine snie ꝑ
fectione: dū alio mēbro orōnis excipiat. vt tuis dolor. alienis ludibrio: tibi-
ipi dedecori eras. Quinta Cōplexio. q̄ ꝑiodus ꝛ ꝯtinuatio appellat. ꝛ hec sen
tentie cōtraria: Cōclusioni tm̄ cōuenit. Sexta Cōpar. q̄ mēbra hꝫ pari sal-
tē q̄titate syllabaꝝ. vt audacia Alexandro gliam ꝯparauit. Sapia Platoni
laudē vendicauit. Septia Exclamatio. q̄ reꝝ atq̄ ꝑsonaꝝ cōmemoratione
faciēs i ꝑcatōꝫ doloris ꝓrumpit. vt si pieres nr̄e loqui possent: vl' reddere vi
uas voces: patres nr̄os intueremur dicerēt: vrbē ꝑclarā: nos oppssam ꝛ sub-
iectā reddidisse. Octaua Cōtentio. q̄ cōtrarijs sentētijs orōnem cōficit. vt vir
tus ꝛ lr̄aꝝ studia difficiles aditus: exitus ꝟo facillios afferūt. Nona Occu-
patio: cū dicimus nos p̄terire aut nō scire id qd̄ maxime dicim⁹. Et hac q̄
dē vtemur: cū res plana fieri nō pōt vl' ad nos nō ꝑtinet: vel dum longā rē
effugere volum⁹. vt Nō dicā te vrbis nostre hostē: oēs bonos insectari: ꝛ qd̄
ad te nō attinet p̄teribo. templū te religionis ꝛ vrbis hui⁹ caput scuerisse.
Decima Permissio. que est cū dicendo aliquā rē toti alicui⁹ voluntati cōdo
nare videmur. vt cū p̄ter aiam nihil mihi relictū sit: vos ea vti libet vtami
ni. Undecima Dubitatio. cū querere videt orator q̄d potius aut potissimū
dicat. vt Quē te moribꝫ tuis appellem: nescio. Duodecima Definitio. q̄ pro-
prias alicui⁹ complectit potestates. vt ita est mot⁹ animi ad exercēda pctā.
Tredecima Transitio. quę cū breuiter ostendit q̄d dictū sit: paucis etiā qd̄
sequit demonstrat. vt Meā in Cęsarē fidē cognoscitis: nūc ei⁹ in me ꝑfidiā
accipite. Decimaquarta Expeditio. quę rationibꝫ plr̄ibus enūeratis: quibꝫ
aliqua res fieri vel nō fieri potuerit: cetere tollunt ꝛ vna relinquit. vt cum
dicimus. Sic nec ab vxore. que amore ꝛ pietate ꝑpedita erat. nec a nepote q̄
in bello interfect⁹: domi a crudelissimo liberto mors illata est. Decimaqn-
ta: cū. s. dictis aliquibꝫ. quod conceptū est in aīo audientiū relinquit vt tu
hec audes dicere: que nuper aliene domui nō ausim dicere. Et tantū de ver
boꝝ exornationibꝫ. Ad sententiaꝝ colores nos cōuertamus.

De Sententiaꝝ coloribꝫ. Cap. XXI. Di.

Ui aut quot sunt sentētiaꝝ colores? Ma. Multi. Primus est Di⸗
q strib[u]tio: cū res ⁊ persone ⁊ negotia certa dispartiunt̄. vt q̄bus rei⸗
publice honor cure est: premia ꝟtuti. penas sceleribꝫ rependite. Se⸗
cundus Licentia: cum apud eos quos vereri debemus aliquid au⸗
dacius ꝓferimus. vt Quod om̄ibus ludibrio estis: nō ab re censeo equissi⸗
mi patres. ceterū ne quem tum offendamus statim subiungimꝰ. Hic sapien
tiā vestrā inquiro. Tertius Diminutio. cū aliquid inesse nobis nature for⸗
tune vel industrie ratione leuamus. vt cum summa vigilantia fortune com
moda: animiq̄ꝫ bona a parentibꝫ mihi ⁊ natura condonata: ꝯsequi ⁊ tueri
studuerim mediocriter. ex his ne nimiū dixerim cōsecutus sum. Quartus.
Descriptio que rerū cōsequentiū perspicua ⁊ lucida cū grauitate ꝯtinet ex⸗
positionē. vt istum iudices capitis rerum dānabitis. vt fera truculenta vos
ciues vt timeo deuastabit. quare iudices saluti oīm ⁊ honori nostro ꝯsulite.
Quintus est Diuisio. que rem semouens ab re vtraq̄ꝫ absoluit subiecta ra⸗
tione. vt Due sunt res que possunt hoīes ad turpe compendiū cōmouere:
inopia. aut auaritia. Te auarū in fraterna diuisione cognouimꝰ inopem at⸗
q̄ꝫ egentē tunc videmus. Sextus Frequentatio. cū res in tota causa disper⸗
se in vnū locū cogunt̄: quo grauior acrior ⁊ criminosior oratio sit. vt Hunc
iudices liberare cupitis. improbus em̄ petulans. impius. sup̄bus ⁊ intolera⸗
bilis est. Septimus Expositio. cū in eodem loco manemus: ⁊ aliud ⁊ aliud
dicere videmur: eandem tamē rem aut de eadē re cōmemorando ꝓnuncian
do vel tractando dicimꝰ: ꝑ eadem re ꝓpōnem. rationē. compꝓbationē. ꝯfirm.
sil'e ac ꝯclusionē afferentes. Octauus Cōmoratio. cū in eodem loco firmissi⸗
mo quo tota res continet̄ immoramur diutius: ⁊ in eundē locū redimus se⸗
pius. ⁊ eo vti maxime cōuenit: quoniā boni oratoris ꝓpriū est. Nonus Si⸗
militudo. q̄ traducit ad rē quempiā aliquid ex re dispari sil'e. vt hirūdines
estiuo tpe presto sunt frigore pulse redeunt. ita falsi amici sereno tpe fortu⸗
ne adueniūt: ⁊ cū hyemē infortunij viderint om̄es recedūt. Decimus Exem
plū: ⁊ est alicuiꝰ facti vl' dicti cū certi auditoris noīe ꝓpositio. ⁊ eisdē modis
q̄bus silitudo sumit̄. Undecimus Imago: ⁊ est forme cū forma quadā sili⸗
tudine collatio laudis vel vituperationis causa facta. vt ibat in ꝑliū cor⸗
pore tauri validissimi ⁊ impetu leonis. Item tanq̄ꝫ fera vrsa ⁊ imanis dra⸗
co serpit ꝑ forū. Duodecimus Effictio: cū facies corꝑis verbis describit̄. vt
erecta fronte. ludibūdis oculis. aduncis naribꝫ. sparso ore gestit. Tredecimꝰ
Notatio: cū alicuiꝰ natura certis describit̄ signis. vt cū gl'iosi cuiusdā milit̄
iactantia cōmemorat̄. Decimus quartus Sermocinatio: cū alicuiꝰ ꝑsone
sermo cū ratione dignitatis attribuit̄: quo senes parci ⁊ grauitate: ioco et
ludo iuuenes cōmemorant̄ Decimusquintus: cū aliqua q̄ nō adest ꝑsona vl'
res muta ⁊ informis vel eloques ⁊ habens formā introducit̄. vt si Scipio re
uiuiscat diceret: ego vrbi pacem peperi: vos bella cōcitastis. Decimussextus
Demonstratio: cum res ita verbꝫ exprimit̄. vt geri negociū ⁊ res ante oculos
efferri videat̄. vt tela emittunt: gladijs cominus certant. Decimusseptimꝰ
Breuitas: cū res necessarijs tantū verbis expedite dicit̄: ⁊ adhibenda est sepe
cū tēpus nō sinit cōmorari. Decimusoctauus Significatio. que plus in su⸗
spitione relinquit q̄ꝫ positū est in oratione. vt quiesce tu cuius pater cubito se
emungere solebat. Item. multi iacent Gracci. Decimus nonus Contentio.
qua cōtraria referūtur in genere. vt vos huiꝰ incōmodis lugetis: ille reipubli
ce calamitate letat̄. Hi sunt colores quibus (⁊ si nō om̄ibus saltē aliquibꝫ)
vti debet orator ꝓ necessitate cause. In his em̄ tanq̄ꝫ in ornamētis elocutio⸗
nis nostre suauitas ⁊ grauitas plurimū cōsistit: nunc autē ad externas ora⸗

nis partes sermo noster accomodabit: que non orationē ipsam: sed aliquod ei extrinsecū.i. enunciationem et ordinem respiciunt. Et primū de pronunciatione: postremo de memoria dicemus.

De Pronunciatione penultima parte orationis Rhetoricalis. Cap.XXII.

Di. [q] Uid est Pronūciatio? Ma. Est verbor digna platio rebus et sensibus: moderatione vocis vultus et corporis accommodata: nihil turbide barbareq̄ pferens. syllabar mēsura et cor legitimo accentu seruato. Di. Possunt ne huius dari pcepta quib vitia ɔtraria euitantur? Ma. Possunt. Unde in primis maxime oris nostri vitia emendenda sunt. Di. Quo pacto? Ma. Ut lingua et ore magis q̄ labijs et dentib loquamur. apta et leui labiorū motu: nō pressis: distentis: pectrisq̄ rictibus vel inflatis et frendentib faucibus. Neq̄ hiante vel anhelante spiritu: nec inaniter vocis aut tortura labior cū sibilo et stridore dentium. Labia etiā lambere aut mordere pueriles ineptie sunt. Supino nimis aut eleuato vultu vel defixis in terrā oculis: nec inclinata ceruice et dimissis superciliys pronunciandū est. Eradenda aūt prout sermo deposcit verecundia et emasculanda frons est. Sic em̄ vox et gestus sue semp cause cōuenire videbunt. Ipsa quoq̄ oratio a pnunciante sanguinē et vitā accipe comprobat. Cum itaq̄ orōnem inuentā atq̄ (vt pmisimus) ornatā pnunciare voluerimus: pncipia depssa voce: que tñ possit audiri: dicemus: ne ledant arterie si anteq̄ vox bene pmulsa ē acri clamore compleant. Cōueniet aūt in pgressu longis iternalis vtribis cum spiritus et vox recreat. Paulatim aūt et sensim spiritū animumq̄ intendere debemus. Deinde in narratione vocē eleuabim mediocriter. In diuisione augemus. continuū clamorē obmittentes. Aliqñ tamē cōmutationes grate auditori sunt: et vocē ɔseruant. Uitare etiā oportet voces acutas: et exclamationes nimis attenuatas. In clamore etiā ea vox vitanda est que illiberale q̄ddam habeat: et ad mulicbris poti vocis orōnem q̄ ad virilē dignitatē dicēdo accōmodata sit. Cū vero sermo in dignitate est: plenis faucibus: sedatissima et depssissima voce vti cōueniet. Si aūt in demōstratione sermo est: voce paululū attenuata: crebris interuallis et diuisionib vti oportebit: ut ipsa pnunciatione eas quas demōstramus res inserere aīo auditoris videamur. Cum aūt in narratione fuerit sermo: vocū varietate opus est: in quo quodq̄ gestum sit: ita narrari videat: factū celeriuscule dicem. Deinde mō acriter: nūc celeriter: meste: hilariter in oēs ptes nos cōmutabim: si qua inciderint in narratione dicta rogata vel responsa diligēter animaduertam: vt oīm psonarū sensus atq̄ animos exprimamus. Sin erit sermo in iocatione: leuiter tremebunda voce cū parua significatiōe risus: sine vlla suspitione nimie cachinnationis nobis agendū est. Cū aūt ɔtendere optebit: vocē iungere: et torquere sonū: et celeriter clamore vba cōficere nos decebit: vt vim quandā orōnis vociferatio habere possit. In clamationib aūt clarissima voce et longo spacio vtemur. In cohortatione voce attenuatissima: leui sono et equabili: et cōmutationib crebris vtendū est. In cōquestione voce depssa iclinata: sono crebro spacio: longo interuallo: magnis pnunciationib oratio pnunciandā est. Non aūt tantū oris vitia sed et corporis quoq̄ euitanda sunt. Di. Et que sunt istec? Ma. Seruādus est in vultu pudor et acrimonia: et in gestu venustas ne aut histriones aut viles operarij esse videamur. Cū igit sermo in dignitate est: stantes in vestigio leui dextre motu loqui oportebit hilaritate: tristicia: mediocritate: et grauitate vultus ad sermonis sententias accō

Corpis gestus expssio

modata. Si aūt in demōstratione sermo erit: paululū corpus a ceruice demittamus. Si in narratione vult⁹ quandā significare decebit hilaritatem. Si ꝟo cōtentione brachio celeri: mobili vultu: acri aspectu, vtemur. Item appassione pedis dextri: piectione brachij: acri ꝛ defixo aspectu vti oportebit. In questione femineo plangore ꝛ cōturbato vultu. In cohortatione: tardiori oratiōe ꝛ miserabili ꝛ humili gestu vtendū est. Hec autē quantū in animo auditorū efficiant: luce clarius patet: nec ab euangelizantibꝫ neglectui danda sunt: sū diui Augustini institutiones: quas in quarto de doctrina christiana tradidit libro: sequi fas est, que illic clarius inspiciant. Di. Et ego quidem facile dictis tuis assentio: sed ne in his diutius immoratus: reliqua silentio transeas: ad memorie precepta sermonē vertas.

De Memoria. Capitulum. XXIII. Ma.

m

Emorie nūc ordo precepta ministrat. Quā quidem ꝯstat esse naturalē sed arte adiuuari posse nō dubiū est. Hec autē ars breuibꝫ preceptis sed magna exercitatione formatur. Di. Precepta tradas: exercitationē ego adijciā. Ma. Memorare volens, locos, imagines, earundē ordinē dispositionē atq; collationē habeat necesse est. Loca quidē quibꝫ id cui⁹ reminisci voluerit veluti charte inscribat. Imagines ꝛ earundē dispositionē ꝛ collationē quibus cen litteris iscribat. Ordinē ꝟo vt qđ primū posterius ue pnunciare voluerit: distinctim inueniat. Di. Unde aūt ꝛ q̄les assumēdi sunt loci ꝛ imagines? Ma. Omni cōfusione hui⁹ rei postergata locū: imagines: atq; earundē ordinē incōfusum litteris viginti cōplectamur: seruato earundē ordine naturali, vt a b c d e f g h ꝛc. Harū quelibet quinq; cōtineat dictiones scđm numerū ꝛ ordinē vocaliū, que sunt a e i o u. In prima syllaba si dictio a ꝯsonante incipiat, aut in scđa syllaba: si a vocali initiū sumat. in his tanq; in locis singule imagines a singulis syllabis incipiētes ꝯquiescūt. Imagines aūt sunt que p has dictiones ꝑcant. In quibusdā vero litteris assumunt nōnulla noīa vulgaria: co q̄ latine ab his lr̄is incipiētia (ꝛ insignes) aliquas imagines ꝑcantia facile reperiri nō possent. Accipit sibi quilibet ꝑ curios. Quas oēs cū ordine quo posite sunt: memorie cōmendauerimus: ea quorū reminisci placuerit hoc pacto inscribam⁹: vt earū cōparatiōes cum ꝑpacitate imaginis cui inscribenda sunt ꝯsideremus. Ueluti si regulas Iuris in sexto decretaliū ordine quo posite sunt recitare quis voluerit: imaginibus eas inscribat eo mō. Primā que est beneficiū ecclesiasticū sine institutione canonica nō potest obtineri, prime imagini assignabim⁹. ꝯsiderantes aliquē abbatem nobis notū nō canonice institutū, ꝛc. Secundam que est. Possessor male fidei vllo tpe nō ꝑscribit, secunde imagini inseremus, imaginando aprum: quē cum lupus de spelunca sua exire iuberet: obiecit possessionem respondit aper possessorē male fidei, ꝛc. Pari mō sequentes sequentibꝫ inscribamus imaginibus. Multo aūt ꝑ hac re ꝯsequenda adiumento nobis erit: si humanarū rerū experientiā ꝛ naturas nouerimus. Sic eīm facile nobis comparationes occurrere possunt: que ꝑ ꝯtrarium sumende sunt. Oportet eīm nō tantū firma: verū etiā: celeri cōprehensione res naturasq; ꝑcipere. ꝛ vt eorū que a nobis inuēta sunt: ꝛ q̄ ab aduersario in agendo cōtrectata sunt reminisci possim⁹. Alia de ꝯfortatione memorie naturalis in tractato nostro speciali latius videri possunt. Te autem assiduo exercitio: iugi labore ꝛ vigilanti studio his intentum esse oportet: si fructum consequi volueris. Uale. Atque alia ex me volueris: pete.

Exemplum memorie localis

	1		2	3		4	5	
	A	Abbas	Aper	Apis		Astrologus	Agnus	
	Abbaz			Guggengauch			Officialis	70
	Aper			Hartmanus.			Ortographus.	
A	Apiz	5		Helias			Ortulanus	
	Astrologns		H	Hypocrita	40		Papa	
	Agnus			Hostiarius			Pedagogus	
	Balneator			Hussis		P	Pictor	75
	Begutta			Janitor			Poeta.	
B	Binder	10		Jesus			Pugillator	
	Bombardus		I	Institor	45		Quadriga	
	Buccinator			Job			Questor	
	Cardinalis			Judas		Q	Quisqularius	80
	Cesar			Kantengiesser			Qsliberarius	
C	Chirurgicus	15		Kegler			Quustos	
	Cocus			Kursner	50		Raptor	
	Cursor		K	Koler			Regina	
	Dapifer			Kupfferschmid		R	Ribaldus	85
	Demon			Lapicida			Rotarius	
D	Dimicator	20		Legatus			Rusticus	
	Doctor		L	Lictor	55		Sacerdos	
	Dux			Lotrix			Serpens	
	Edax			Lusor		S	Simeon	90
	Elephas			Macellarius			Socrates	
E	Episcopus	25		Medicus			Sutor	
	Exorcista		M	Miles	60		Tabernarius	
	Equus			Molendinarius			Testator	
	Faber			Musicus		T	[Tyrannus]	95
	Fenisecа ein meder			Nauta			Tornator	
F	Figulus	30		Necromanticus			Tutor	
	Fossator		N	Nisifer	65		Vates	
	Furnarius			Notarius			Venator	
	Gardianus			Nummularius		V	Vigil	100
G	Geometer		O	Orator			Vogler	
	Gigas	35		Obstetrix			Vulpes	
	Gouckler.							

Artificiosa Memoria clarissimi iuris vtriusque Doctoris et militis domini Petri Reuennatis: per quã facillime multa memoriter teneri et dici possunt. Et cum vna sit Fenix: et vnus sit iste libellus. Libello si placet Fenicis nomen inponatis.

Incipiunt Conclusiones artis Memoratiue.

Prima erit conclusio. Ars ista ꝯstat ex locis et imaginibus. Loca sunt tanquam charta seu alia materia in qua scribimus. Imagines sunt similitudines rerũ quas memorie volumus cõmendare. Chartã ergo primũ parabo ĩ qua imagines collocare possumus. Et pro fundamẽto huius prime conclusionis quattuor regulas pono. Prima est

De memorie cōclusionibus.

hec. Loca sunt fenestre in parietib⁹ posite colūne anguli: ꝛ q̄ his similia sunt
Secūda sit regula. Loca nō debent esse nimiū vicina: aut nimiū distantia.
Uicinitas em̄ vt exptus sum in appositōne reꝝ memoriā naturalē ꝯturbat
Si aūt nimiū distarēt loca cum mora q̄ locis tradita sunt recitamus. Me-
diocriter ergo distabūt: si vnus ab altero q̄nq̄ vł sex pedib⁹ distabit. Tertia
sit regula vana (vt mihi videt̄) est opinio dicentiū loca fieri non debere:
vbi sit hoīm frequētia. vt in eccl'ijs aut in plateis. nam eccl'iam q̄nq̄ vacuā
vidisse sufficit. non em̄ semꝑ ibi hoīm deambulatio visa fuit. ꝛ in hoc expe-
rientia que est reꝝ magistra ꝯtrariū docuit. Quarta sit regl'a. Loca nō sint
alta: q: voūi ꝙ hoīes ꝑ imaginib⁹ positi loca tangere possunt: qđ vtile sꝑ
iudicaui. Accipio ergo eccl'iam mihi multū notā: cuius ꝑtes diligenter cō-
sidero in ea ter q̄terq̄ deambulans discedo: deniq̄ redeo. ꝛ ibi per me visa
mente reuoluo: ꝛ hoc pacto principiū locis do. In parte dextra porte ex qua
recto tramite ad altare maius itur mihi p̄mū locū ꝯstituo. Deinde in pari
ete post quinq̄ aut sex pedes scđm. ꝛ si ibi aliq̄d reale sit positū. vt est colū-
na. fenestra. aut his simile. ibi locū pono. Si aūt reale deficiat ad arbitrium
meū imaginariū fingo. si tamē hec loca fabricans omittere vellet timens:
ne rei opposite obliuiscat̄: cōcedat: dūmodo sit memor ibi locū cōstituisse. et
sic de loco in locū ꝓcedat̄: donec ad eādem portam loca fabricans reuertat̄.
Et ista fiant in parietib⁹ p̄mis eccl'ie omissis om̄ib⁹ q̄ in medio ip̄ius sunt.
Et si q̄s locoꝝ copiā habere cupiat hoc ordine monasteriū intret: ꝛ illđ to-
tum locis impleat. aut in parietib⁹ extra eccl'iam sibi loca cōparet. ꝛ q̄ mul
ta voluerit meminisse: multa sibi loca compare debet. Ego aūt q: om̄es ho
mines Italie copia reꝝ absq̄ chartarū reuolutione supare volui: in sacris
scripturis: iure Canonico Ciuiliq̄. et alijs multarū rerū autoritatib⁹: dum
essem adolescens mihi centū milia locoꝝ paraui: ꝛ nunc ip̄is decem milia
addidi: in quibus per me dicēda posui. vt in ꝓmptu sint. quādo memorie
vires experire cupio: ꝛ cum p̄triam relinq̄. vt ꝑegrinus vrbes Italie videam
dicere possum: om̄ia mea mecū porto. nec cesso tamē loca fabricare: hoc sua
deo. vt in aliq̄ eccl'ia ꝛ monasterio habeant̄ loca solū ꝓ reponendis rebus:
quas q̄tidie cōuenit recitare. vt sunt argumēta. rōnes. historie. fabule. ꝛ pre
dicationes q̄ in q̄dragesima fiūt. ꝛ hoc officiū illis locis tm̄ deputet̄. et vnū
qđ vtile iudicabit̄ pro istis locis in fine scribere disposui. Uolo eq̄dem iuue
nes hui⁹ artis cupidos ꝑfectissime docere. Loca aūt sic ꝯstituta ter aut q̄ter
in mense memoria repetant̄. Repetitio em̄ locoꝝ nullo p̄cio emi potest.

Secunda erit conclusio. vt charta habita modum scriben
di in ip̄a doceam: in magna nobiliū corona dum essem adolescens mihi se
mel fuit ꝓpositū. vt aliq̄ noīa hominū per vnū ex astantib⁹ dicenda recita
rem nō negaui dicta. ego ꝑ nomina in p̄mo loco posui amicū illud nomen
habentē. in scđo similiter. ꝛ sic q̄t dicta fuerit tot collocaui. ꝛ collocata reci
taui. ꝛ aduertat collocans vt sꝑ amicū ponat agentē illud qđ cōiter ab eo
fieri solet: ꝛ ista cōclusio clare ꝓcedit in noībus cognitis. Si aūt non cogno
scitur amicus illud nomen habens veluti Bozrab zorobabel tūc collocabis
qđ loco suo dicet̄. Et idē dico in noībus animaliū. vt est equus. bos. asin⁹.
vt in p̄mo loco ponat̄ equus. in scđo bos. in tertio asinus: ꝛ idem in rebus
aīa carentib⁹. vt est liber. cappa. vestis. Sed aduerte ne decipiaris si in p̄mo
loco poneret̄ liber. in scđo cappa. sic simpliciter posses dum recitares defice
re. excitare em̄ memoriā naturalem est artis huius officiū. sed hæ res com
moueri non possunt. quia gestus imaginis posite excitat: qui in talibus na

turaliter non reperit.imago igitur in loco talis poni debet q̄ se moueat:si non põt ab alio moueat rem talē cum manu alicu⁹ motoris ponas. vt ex motu illo mēoria naturalis cōmoueat.sed acutissimi ingenij iuuenis dicet q̄ hec p̄cepta non sunt om̄i ex pte pfecta:formica in loco posita se mouet: nō tn̄ pp̄ter sui paruitatē cōmouebit:granū piperis in manu motoris positum etiā nō excitabit.fateor hoc si formica sola collocet. sed multitudinē formicarū ascendentiū ꝛ descendentiū arborem in loco ponā. Qd̄ ergo formica sola facere nō põt:faciet multitudo: ꝛ amicus etiā in loco multa grana mouebit.Instabit etiam ingeniosus iuuenis.pulex saltat nec cōmouet. multitudo aūt bene collocari nō põt:sed pro pulice amicū pulicē capientē collocabo.ꝛ ego sepissime p pulice excellentissimū olim etatis nostre medicum magistrū Gherardū Veronensem posui:quē sep̄ capientē pulicē aspexi.

Tertia est aurea conclusio.quia pro litteris alphabeti homines habeo.ꝛ sic imagines viuas.Pro litera em̄ a: Anthoniū habeo.p litera b.benedictū.ꝛ sic psonas in quarū noībus p̄ma lr̄a est in illa quā collocare volo:ꝛ ego cōiter pro lr̄is formosissimas puellas pono.ille em̄ multū memoriam meā excitant:ꝛ frequētissime in locis Iuniperā Pistoriēsem mihi charissimā, dū essem iuuenis collocaui.ꝛ mihi crede si p imaginib⁹ pulcherrimas puellas posuero facilius ꝛ pulchrius recito que locis mandaui.Secretum ergo habe vtilissimū in artificiosa memoria : qd̄ diu ex pudore tacui. si cito meminisse cupis v̄gines pulcherrimas colloca.mēoria em̄ collocatōe puellarū mirabiliter cōmouet.ꝛ qui vidit testimoniū phibuit.Hoc aūt vtile p̄ceptum pdesse non poterit illis q̄ mulieres odiūt ꝛ cōtemnūt : sed isti artis huius fructū difficilius consequent:veniā tn̄ mihi dabūt viri religiosissimi ꝛ castissimi:p̄ceptum em̄ q̄ in hac arte mihi honorē ꝛ laudem attulit:tacere nō debui:cū successores excelletissimos relinq̄re tot̄ virib⁹ nitar

Quarta est conclusio.Vt imagines alphabeti seu nomina demōstrantia lr̄as bene memoria teneant ꝛ sepe repetant. Incipio ergo sic Si mihi cōtingat in loco ponere istam copulā ꝛ.in loco pono Eusebium ꝛ Thomā.hoc tn̄ ordine:q2 Eusebius locū tangit:ꝛ Thomas astat coram eo. Si aūt Thomas locū Eusebij tenuerit:ꝛ Eusebius Thome non copulā ꝛ. sed hoc p nomen te in loco videbimus appositū.Est em̄ in arte hac hec regula.vt p̄us in ordine loco sit ppinquius.sicut em̄ in charta primū e.scribimus in ista copula et.ita ꝛ in loco.ꝛ idem obseruandū est generaliter in om̄ibus dictionibus:ꝛ alijs collocandis.

Quinta est conclusio. In syllabis triū lr̄arum in quib⁹ sic pcedit. Si ei vocal est in medio.vt i hac syllaba bar:tūc imaginē vltime litere accipio:ꝛ rem aliquā addo.cuius p̄ncipiū duab⁹ p̄cedentib⁹ lr̄is simile sit. Si ergo in loco Raymundū cū baculo locū pcutientē posuero : leget in loco syllaba bar.ꝛ si Simon locū pcusserit:habebit syllaba bas. Ista ergo sit regula q̄ sic repetit:vbi vocalis est in medio in syllaba triū lr̄arū : accipit imago vltime lr̄e:aliq̄ apposita:mobili aut se mouēte:cui⁹ p̄ncipiū sile sit duab⁹ lr̄is p̄cedentib⁹. Si aūt vocalis sit in fine.vt in syllaba bra. tunc imaginē p̄me lr̄e in loco colloco:ꝛ rem mobilem seu se mouentē: cui⁹ p̄ncipiū sit simile duab⁹ sequentib⁹.Si ergo bn̄dictum cū rapis vel ranis in loco posuirro dabit syllabā bra.si autē Thomā syllabā tra. Copia ergo rerum incipientiū vt syllabe:si in pmptu habeat magnā afferet vtilitatē. Sed si vocalis est in p̄ncipio v̄bā facies vt in hoc v̄bo amo. tunc semp imago p̄me

tre collocanda est in loco: et res principiū habens simile sequenti syllabe. Si ergo anthonius voluat molā hoc verbū amo positū legem⁹. si Eusebius verbū emo. Est tñ sciendū q non possumus cōmode dictionē triū aut quatuor syllabarum collocare: sed nec opus est: quia frustra fit per plura: qd pōt fieri per pauciora. Sufficit eñ primā et scdam syllabā posuisse: dictionē tñ duarū syllabarū possumus totā collocare veluti pater. ponā in loco rem vel hoīem pro imagine syllabe pa. vt paulū. et syllaba ter. Cum vocalis sit in medio Raymundū accipiā tiarā in manu habentē: cōcludo ergo sic. pulchre imagines alphabeti simul iuncte. et copia rerū incipientiū vt syllabe semp nobis seruient: si alie imagines defecerint. Si enim alias habere possum istas omitto: de quibus in alijs conclusionibus dicetur.

Sexta est conclusio. In istis dictionibꝫ panis: vinū: lignū vestis: et similibꝫ. et in noībus dignitatū. vt est papa. imperator. abbas. canonicus: q oīa etiā rustici intelligūt qd demōstrent. vel vt clarius loquar vniformes sunt in lingua vernacula: et latina in talibꝫ dictonibꝫ alias imagines non quero: sed pono illud qd dictio ipa sonat: et syllabe omēs taliū dictionū pār pulchro inuēto facile collocari. in corpe nāq humano casuū imagines inueni. Nam caput est casus ntīus. manus dextra gtīus. manus sinistra dtīus pes dexter actīus. pes sinister vtīus. et venter seu pectus casus abltīus. et pro numero singulari pono aut pulchrā puellā nudā. et pro numero plī ipsam egregie ornatā. aut illū quē meminisse volo. aut ergo volo collocare rem aut hominē. si rem vt panē. puellā nudā in loco sibi pedem dextrū cum pane tangentē collocabo. Si aūt dictionē collocare volo hoīem in aliq officio vel dignitate constitutū demōstrantē. vt abbatē. abbatē vnū in loco nudū: q cuꝫ pede dextro locū percutiat pono: et si diligenter o lector dulcissime cōsideraberis hoc inuentū tibi videbit. et sic has dictiones totas soleo collocare.

Septima est conclusio. Quia possumus etiā collocare dictiones sono vocis. gestu corpis et similitudine. Ex istis imaginibꝫ frequentissime vtor. pono eñ amicū pro dictione. doctorē vnū cognoui: q semp in ore habebat legē per hanc. C. de tpibꝫ appellatioñ. illā eñ tm legē legū doctor memoriter dicebat. Volens ergo illā collocare illū dolorē pono qui semp risum excutit. et sic sono vocis collocatōnem facio. Gestu corpis ponunt imagines qñ fit gestus in dictione cōprehensus. pro vbo eñ spolio: amicū pono qui aliū spoliet. pro vbo rapio amicū per vim aliqd rapiētem similitudine colloco imagines: quando rem dictioni silem in lrīs: licꝫ in sicatione dissimilem inuenio. vt quando pro verbo cano canem colloco.

Octaua est conclusio. Pro dñis iurecōsultis: et de voluminibus iuris ciuilis dicere incipiā: et qñ illa locis tradere volo colores quibꝫ teguntur accipio pro ff. veteri pellē albam. pro ff. nouo pellē rubeā: pro inforciato pellem nigrā. pro codice pellem viridē. pro volumine varij coloris pellē. pro institutionibꝫ librū paruū: et pro autentico tabellionem instrumentū magnū habentē colloco. pro autētica puellā priuilegiū hñtem: pro libro feudorū comitē alicui⁹ castri: pro decreto aūt cū in eo sint scōꝝ patrū autoritates. et senē aliquē in loco scribentē pono. pro decretalibꝫ papā in throno sedentē colloco. pro clemētinis puellā cui nomē est Clemēs pro. vi. li. instrumētū illd ita in Italia dictū. de q Oui. Altera pars staret. pars altera duceret orbē pro cōmentato. iuris. epos q idē nomē hñt. imaginē aūt gliose accipio ex doctrina pro me pmo loco.

data in collatione dictionū.p.ff.Iuniperā habeo Florentino cytharā dan-
tem.vt Orlandi gesta cātare possit.Allegatiōes aūt decreti sic collocant. nā
pro alligatiōe que fit per distinctiones ponit puella que pannū vel chartā
laceret.Pro q̄stione aūt colloco Iuniperā ꝑcutientē famulā.p cōsecratione
est sacdos hostiā ꝯsecrans.p pnīa est Iunipera q̄ mihi sua pcā leuia ꝯfitet.

Nona est conclusio. Ut ostendam quomō rubricas vtriusq̄ Iuris locis tradere debeamus: ⁊ duas imagines cōiter p illis ponere soleo Si enī meminisse voluero rubricam de transactionib Thomā ranas habē tem colloco: vel gestū corpis pono. Duos enī q̄ diu litigarūt a lite recessisse fingo. ⁊ alterū alteri signū pacis p̄bere: hæc est pulcherrima imago rubrice de trāsactionib. Principia aūt legū vl' capitulorum in locis ponunt alphabe- to vel sono vocis vl' silitudine. vel gestu corpis. de q̄b iam plene dictum est.

Decima est conclusio. In argumentis collocandis pro qui bus imagines duas ponere soleo. Prima est gestus corpis. vt si dicatur sic te stamentū sine septē testib factū non valet. testatorē coram duob testibus: testamentū fecisse fingo: ⁊ ꝟginem vnam illud lacerare. Secunda est imago quia duas aut tres dictiones argumēti p̄ncipaliores colloco. Exm̄. Habeto Iurisconsulte: ⁊ me intelligent philosophi quādo in actu reqrit iussus ali- cuius ille debet p̄cedere. hic sunt multa ꝟba. sed sufficit iussum ⁊ p̄cedere col- locare: ⁊ reliq̄s argumēti partes memoriter dicere poterimus. ex collocatio ne ergo duarum aut trium dictionū. Cætera eleganter recitabimus: et hoc experto crede magistro.

Undecima est conclusio. Cum quereret q̄dam: vtrū in eo- dem loco plura collocare deberet. respondi si in locis ponere volo q̄ ab alio mihi pponunt. vt illa pposita statim recitare debeam imagines vnius rei tm̄ in loco colloco: sed si q̄ in libris lego in locis ponere dispono. vt illa me moriter pnūciare possim: tunc imagines plurium rerum in loco vno sepissi- me ponere non dubitaui.

Duodecima erit pulcherrima conclusio inter p̄dictas. Ut aperiā quo pacto numerorum imagines fieri debeant: ⁊ pro omnibus nume ris quos possumus excogitare viginti tm̄ imagines inueni. Illas ergo spe- cialiter describā. Pro numero decem est mihi crux magna aurea vel argen tea. pro viginti similitudo lr̄e. x. ferrea vl' lignea rei alicui rotunde cōiuncta q: numerū viginti hoc modo in charta scribimus. 20. Pro triginta similitu do illius figure eodē modo rei rotunde cōiuncta. ⁊ sic vsq̄ ad numerū centū imagines habeo q̄ decem sunt. Nouem etiā imagines numerorum habeo: in- cipiendo ab vno vsq̄ ad numerū nouē: quas in digitis manuū hominis fa bricaui. Est igit digitus p̄mus manus dextre mihi pro p̄mo numero: seu pro vno: secūdus p secūdo seu pro duob. ⁊ sic vsq̄ ad quartū digitū manus sinistre pcedo. Ut aūt facilius ista memoria teneant primū digitū manus dextre dico esse ghelforum. scdm ghelbinorum. tertiū iudeorum. q̄rtū annulorum. q̄ntū aurium. ⁊ sic de digitis manus sinistre sit dictū. Primū ghelforum appello: quia ghelfi illū in magno p̄cio habere dicunt. ghelbini scdm. tertiū iudeorum ap- pello. q: si digitū illū iudeis ostēdimus toruo visu respiciūt. q̄ aūt cām scire cupiet q̄rat ⁊ inueniet. Cur aūt q̄rtū ⁊ q̄ntū sic noīem notissimū est. pro nu mero aūt mille Michaelē habeo. Si ergo mihi nūerus aliq̄s pponat ima- ginē: eius facillime inueniā. aliq̄ exēpla ponā: q̄bus positis lector etiā rudis ingenij conclusionē istam optime intelliget. Si. xi. q. iij. dicere voluero in lo-

cum ghelfum fingam crucē in manu dextra tenentē. & iudeū q̄ totis virib⁹ per vim illā manu dextra rape tentat. Si. ij. ad Chor. iiij. ponere voluero in loco ghebiliuū fingam: qui manu dextra cortinā teneat quā pulchre puelle ostendat: illāq; manu dextra recipiat. puellā cū desp̄osatā p̄ quarto digito & sic pro q̄rto & nono numero colloco. Si de peni. dis. iiij. meminisse voluero sacerdotē senem nō iuuenē: cui pctā confiteat Iuniperā collocabo: & ipa mirabile faciet: sacerdotē nanq; absoluet capiti suo manū dextrā imponens. & sic ne in infinitū fit p̄cessus: sit finis huic pulcherrime artificiose memorie: in cuius p̄ceptis oīa si non explicite saltem implicite cōprehendunt. Unū tñ non omittā qd̄ hoc in loco scribere p̄misi vtile in locis esse iudico que pro rebus auditis reponendis fabricauimus. Si in quinto loco man⁹ aurea ponat. in decimo crux aurea. in q̄ntodecimo manus argentea. in vigesimo imago ipius numeri: & sic in ceteris facere monet mea doctrina.

Libri Tertij Tracta. Secūdus

De Eplis condendis: Cap. I. De Eplarū diuisione. Di.

Estat vt de cōdendis scribendisue Eplis formā tradas. Magi. Faciam ac lubens. Sed p̄monuisse optet eplaꝝ quasdā esse diuinas: quasdā vero hūanas. Diuinas q̄dem voco: in quib⁹ fidei mysteria: religionū ceremonias: dei cultū: morū atq; virtutū seminaria exp̄munt. et vicioꝝ radices auellunt. vti est videre in eplis sanctoꝝ Pauli: Hieronymi: Augustini: Cipriani: Bernardi: & Senece philosophi moralis simi: atq; alioꝝ pluriū huius ordinis hoīm. Humanarū vero q̄dam grauis cōsolatoria: amatoria: cōmendatoria aut hortatoria est. Di. Graue quam dicis? Ma. Eamipam q̄ ardua difficilia atq; noua q̄tidie accūtia p̄tinet vtputa q̄ belli aut pacis tempe e castris dat ad vrbem aut ecōuerso. Consolatoria: q̄ amicoꝝ mortē: calamitatē: aduersamue fortunā v̄bis cōsolatorijs demulcemus. Cōmendatoria: qua amicū aut familarē: notū vel ignotum: alteri cōmendamus. Amatoria: qua verbis petulantib⁹ amorē alterius in nos cōcitamus. Hortatoria: q̄ de reb⁹ nostris. vtputa agris: pecoribus: aut frumētis scribimus: aut filios nr̄os: sodales: discipulos: ac ceteros ad mores: studia: ad laudē cohortamur. Preter hec autē multa alia sunt Eplarū gn̄a Mario Philelpho eloq̄ntia p̄clara: ad octogenariū vsq; nūeꝝ digesta.

Grauis. Cōsulatoria. Cōmendatoria.

De partibus Epistole. Cap. II. Di.

Ex quot aut quibus ptibus epla conficit? Ma. Ex quinq; q̄ sunt Salutatio: Exordiū: Narratio: Cōclusio: & Subscriptio. Salutatione q̄dem epla constat. vt animus eius ad quē scribimus preparet ad p̄cipienda ea q̄ desideramus. Exordio sit & vt eam ad scribendū mouentē explicemus. Hoc aūt: q̄ etiā in narratione fieri pōt non in oīb⁹ eplis exordia ponimus: nisi magna q̄dam negotia tractare aut tractanda velimus. Narratōnem vero epla oīs cōtinet: qua ostēdimus quid ab alijs fieri volumus: aut qd̄ factū sit demōstramus. Conclōnem aūt vt de loco & tempe date eple certior fiat recipiens. Subscriptionem vero: vt & is qui defert cui p̄sentare debeat: & is ad quē defertur: an ne aperire liceat cognoscat.

Partes eple

De Salutatione. Cap. III. Discipulus.

Forma Salutationis.

[D]E Salutatione cõficienda primũ dicas. Ma. Salutationes varie a varijs ponunt. Sz si eam ex arte struere libeat:primũ nomẽ tuum:deinde nomẽ dignitatꝭ aut officij tui in nrõ casu.tertio nomẽ eius ad quẽ:⁊ demũ nomẽ officij aut dignitatis eiusdem in datiuo casu ponas:cum additione clausule. Salutem plurimã dicit Gregorius Reisch artiũ Magister Friderico Epõ Augustensi.S.P.D. Assentationis ꝓ causa aliud inoleuit.vt.s.inferiores scribentes superioribus.noĩa sua postponãt:nec salute:sed subiectionẽ:aut famulandi ꝓmptitudinẽ loco salutis ponant.vt reuerẽdissimo in chro patri:ac domino:dño Friderico Augusteñ.presuli Gregorius Reisch artiũ Magister:ad quevis mãdata se sponder' ꝓmptissimũ.Id autẽ doctoꝝ aures nedũ fastidiũt:sed etiam abhorrent vehementer.

De Exordio. Capitulũ.IIII. Magi.

Exordiũ

[E]Xordio aũt (si res expostulat) ꝓmissa salutatione vtimur:in quo cum ad quẽ scribimus attentũ:docilẽ:⁊ beniuolũ facere curam'. vt q̃ scribim' legat ⁊ admittat. Quib; aũt ptib;:⁊ vnde efficiatꝭ in superioribus digestũ est. Di. Verũ q̇dem;sed de narratione q̇d dicis?

De Narratione. Cap.V. Magi.



Reparato ei's ad quẽ scribimus aĩo:si quid ab eo fieri volumus:aut nos aliosue fecisse dicere libeat;ꝭm eple genus ⁊ naturã subiĩsigemus.vt si sit epl'a grauis de bello:pace:aut reipublice.⁊c.facimus mentione. Ita ⁊ in alijs ꝭm ea que in ꝓmo capite huius dicta sunt:faciẽdũ pariformiter. Oim aũt dictarum exempla ꝓbatissima sunt apud Gasparinũ Pergamẽsem Mariũ Philelphũ:⁊ eloquentie patrem Marcũ Tulliũ Ciceronẽ:quos te daturũ operã velim q̃zmaximã. Nihil eñ in scribendo tam clarũ aut promptum facit:q̃z diligenter legisse eos qui bene:limate:tersecꝫ scripserunt:ab alijs vero vt a labe atcꝫ ꝑnicie ingenij fugiendũ est.

De Conclusione. Cap.VI. Ma.

Conclusio

[N]Arrationẽ (que vt diximus petitione cõplectiꝭ) sequiꝭ termin' ⁊ cõclusio eple.que trib; cõstare debet:ꝑsona:loco:⁊ tempe. Disc. Quõ ꝑsona? Ma. Ut si vni scribimus:dicamus vale. si plurib;: valete.⁊ me cõmendatũ suscipe vel suscipite. Sis felix nostricꝫ memor. Vale diucꝫ viuas. Da operam vt valeas. Vale ⁊ me ama. Vale militie decus. litterarum ornamentũ.⁊ sic de simulib;. Di. Qualiter epl'a loco concludiꝭ? Ma. Hoc modo.vt dicas datũ vel date.raptum:vel rapte:vel rapti:Rhome:aut Friburgi:vel Argentine.⁊c. Di. Tempe aũt quõ cõcludis? Ma. Ut diem mensis:anni:in quo scribimus ponamus.vt vicesima Nouembris: Anni Millesimi q̃ngentesimi secũdi.aut decimo q̃rto Kaleñ. Marcias. Quarto idus Aplis.Pridie noñ Septẽbris Di. Vñ ista assumis vocabula? Ma. Ab antiq̃ Romanoꝝ obꝭuatione. Latini nãcꝫ quẽlibet mensem in kalendas.nonas.⁊ idus diuidũt. Prima eñ die cuiuslibet mẽsis põtifex minor cõuocata plebe:q̃t dies a kalendis ad nonas sup̃ essent ꝓnũciabat. Vñ hec dies hoc nomẽ kalẽde.a καλεω græco vocab'lo accepit.valet eñ idẽ qð voco. Die aũt vltima mẽsis ꝓcedentis ꝑdie kalendas q̃si ꝑmo die añ kalendas:tertio vero añ hũc. Tertio kalẽdas dr̃ q̃ sit tertius a Kalẽdis.⁊ sic de alijs diebus

Mensis.diuisio.

kalend[...]
Pridie[...]
kalendas[...]

ordine retrogrado ascedendo: donec ad idus deuentū fuerit. Dicit aūt idus ab iduo q̄ est diuido: q2 is dies mēsem diuidat. Dies aūt hūc seqns in ascē su: nō scdo idus: sed p̄dic idus dr. Seqns tertio idus. z sic de alijs donec ad nonas ꝑgressum sit. None aūt dicte sūt: q2 ab eo die ad idus sp. ix. dies sūt. Alias rones illoꝝ nolm cōsulto libuit p̄terire. Di. Quot aūt nonas: idus: aut Kalendas singuli mēses hn̄t? Ma. Januarius: Februarius: Aprilis: Junius: Augustus: Septēber: Nouēber: z Decēber q̄tuor hn̄t nonas. Marcius Maius Julius: z October sex hn̄t nonas. Singuli aūt octo idus tenēt Januarius. xiiij. die Decēbris Kalendas suas finit. Februarius. xiiij. Januarij. Marcius. xiiij. Februarij. Aprilis. xvi. Marcij. Maius. xiiij. Aprilis. Junius xvi. Maij. Julius. xiiij. Junij. Augustus. xvi. Julij. Septēber. xiiij. Augusti. October. xiiij. Septēbris. Nouēber. xvi. Octobris. December. xiiij. Nouēbris. Sic p̄tz q̄ in Februario post idus dicimus xvi. kalen. Marcij. qđ q̄dem verum est in anno cōmuni. in anno vero bisextili: q2 tunc Februarius habet xxix. dies. Post idus dicimus xvij kalendas Martias. Vt aūt ea q̄ diximus dilucide intelligas: sit Martius nobis exemplo: in cuius si p̄ma die literas dederis: scribas kalendas Marcij. Si secundo sexto nonas. si tertio: quinto nonas. Si quarto: quarto nonas. si quinto: tertio nonas. si sexta p̄die Nonas. si septima: Nonas Marcij scribas. Si octauo: octauo idus Marcij. si nona: septimo idus Marcij. si decima: sexto idus. zc. si vndecima: q̄nto idus. si duodecima: q̄rto idus. si tredecīa: tertio idus. si decimaq̄rta: pridie idus. si decimaq̄nta: idib) Marcij scribas. si decimasexta xvij. kalen. Aplis. si decimaseptima xvi. kalen. Aplis. z sic de alijs in numero kalendaꝝ descēdendo: donec ad vltimū eius diem ꝑueneris: in quo p̄dic kalendas Aprilis scribas. Ita pariformiter z in reliq̄s mensib) faciendū. Eo tm̄ admonito: vt nonas z idus a mense in q̄ sunt: kalendas vero oīmes p̄mis dēptis a mēse sequēti denoīabis. Nec scdo nonas. idus aut kalēdas: sed p̄dic nonas: id⁹ z kalendas dicendū est. Di. Quid aūt hoc est qđ in supiorib) q̄rto Kalendas Marcias: z nō marcij dicebas? Magi. Quia ꝑ gtīs mensiū ꝑuenisse possessiua ponunt. vt dicamus p̄dic kalēdas Marcias. Apriles. Maias. Junias. Julias. Augustas. Septēbrias. Octobrias. Nouēbrias. Decēbrias. Januarias. Februarias. Noīa aūt kalende: none: idus: non modo in ablatō: verū etiam in actō ponere cōuenit. p̄ponendo p̄pōnem ad. vt ad octauū idus Januarias ad me dedisti lr̄as. aut in gtō. vt p̄die kalendaꝝ Martias.

De Suprascriptione. Cap. VII. Di.

Quibus complect suꝑscriptio? Ma. Noīe z titulo dignitatis ꝓprio eius ad quē scribimus. Debent aūt oīa in dtō z actō poni. Di. Titulos statib) attribuendos subiūge. Ma. Romanum pōtificē: sanctissimū: beatissimū dn̄m nr̄m Pontificē maximū summū sacerdotē z p̄rem clementissimū dicim⁹. Cardinales. Patriarchas: Archiepiscopos: ceterosq̄ Ep̄os maiores reuerēdissimos dicimus. vt reuerēdissimo in chr̄o patri: z dn̄o dn̄o. N. sacrosctē Romane ecclesie Ep̄ō: Presbytero: aut Dyacono Cardinali. zc. Ep̄os minores: Abbates: et ap̄lice sedis Prothonotarios reuerēdos dicimus. vt reuerendo in Chr̄o patri z dn̄o. N. ap̄lice sedis Prothonotario dn̄o suo colēdissimo z obseruandissimo. zc. Attamē nomini ꝓprio dn̄o p̄poni nō deberet. abusus tamē ꝯtrariū vbiq̄ habet. Alios inferiores: venerabiles z honorandos dicimus. vt venerabili vel honorādo. N. Canonico eccl̄ie. N. Imperatorem et Regem inuic-

Suꝑscriptionis forma

Tituli statuum.

tissimū:gl'iosissimū:serenissimū:⁊ impatorem semp Augustū dicimus. Duces: Principes: Marchiones: Illustrissimos: potentissimos. Comites vero Barones: generosos: illustres: inclytes ⁊ p̄stātissimos dicimus. Eq̄tes auratos magnanimos ac strenuos dicimus. Ceteros validos: fortes: nobiles appellamus. Ciues prudentes: sagaces: industrios ⁊ integerrimos dicim᷒. Theologos diuinarū lr̄aꝝ interp̄tes. Sacrarū literaꝝ sacrę paginę: sacrę theologię mḡros: doctores: pfessores. eximios: celeberrimos. Iuriscōsultos eximios: spectatissimos: meritissimos: cōsultissimos: egregios iuris pōtificij: sacrarū legum: aut iuris vtriusq̄ doctores appellamus. Medicos prudentes phicę: et medicinę interp̄tes: doctores: ⁊ pbos peritissimos dicim᷒. Poetas uates: musarū alūnos: lauro insignes: hędera decoratos. Appollinis interp̄tes: ornatissimos: eloquētissimos: facūdissimos nōiamus. Oratores disertissimos: facundissimos nōiamus. Artiū mḡros acutissimos: disertissimos: bonaꝝ artium studiosissimos interp̄tes appellamus. Feminas aūt decus pudicitię: castitatis exēp̄lū: pudicissimas: castissimas: honestissimas matronas ⁊ dominas dicem᷒. Hęc sūmarie dicta sufficiant. Nam assentandi accusandiue causa hęc oīa ita variata cernes. vt ꝑpaucos repire possis: qui nō titulos superioꝝ inferioribꝫ attribuāt. Vale. Et in his finē triuij statuēdū agnosce.

Philippi Beroaldi Bononień. viri clarissimi epl'andi modus

Epistolarū multa sunt genera: sed vnū illud p̄ncipale est qđ certissimū appellat: cuius gr̄a res ipsa inuēta est. vt certiores faceremus absentes: si quid esset qđ eos scire expediret: vel sua vl nostra causa. Aliud genus est qđ iocosū dicit atq̄ facetū: qñ scribimus res facetosas ⁊ plenas iocūditatis: q̄les sunt eple Cicerōis ad Trebatiū ad Papiriū Petū: ⁊ q̄dam ad Atticū. Aliud genus est q̄ seuerū ⁊ graue noiamus: quo res graues ⁊ serie scribunt: q̄les sunt eple Ciceronis ad Senatū: ad Catonē: ⁊ aliquot ad Atticū. Quedā eple dicunt didascalice. hoc est preceptiue: q̄ p̄cepta tradūt. vt est epl'a luculenta Cicero ad Q. Frem. et altera Ciceronis ad M. Tulliū. Alię sunt consolatorie. vt Seruij Sulpitij ad Ciceronem. Cōmendaticię sunt multe Ciceronis ad multos. Quedā tote morales. vt Senecę ad Lucillū. Quedā phūosophice. vt Platonis ad Dionē Siracusanū. Antiqui in scribendis epl'is hunc morē frequēter custodierūt. vt ita inchoarent. Si vales bene est: ego bene valeo. Et in calce epl'aꝝ dicebant Vale: ⁊ aliqñ Salue. vt Cicero sępe vsurpat in epl'is ad Tironē. Epistolas texere debemus q̄tidianis ꝟbis: qualibꝫ inter nos familiariter ꝓmocionamur. Oīo epl'arū soluta est: nō cōtorta: nisi cum aliq̄d sup̄ suam naturam tractat. vt de phia. de re p. similibꝫq̄. Et laxiora sunt in epl'is vincula q̄ in orōnibus. Tot capita habere p̄nt quot sunt sniē q̄ enarrant: tot clausulis: q̄t sunt sniē. Hoc in p̄mis obꝯuandū est: ne ad vnū scribentes: cum appellemus numero pluratiuo. vt dicam᷒ vos. Nam sp̄ dicendū est tu: nūero singulari. Etiā si ad regem vel ad pōtificem scriberem᷒. Nam nō ita micū honoramus: sed epl'am dehonestamus. Honeste. verecunde. ⁊ elegāter de nobis ip̄is loquētes: dicim᷒ nos in nūero pluratiuo. vt Ci. ad Brutū. Populo inquit imposuim᷒ vel decepimus: ⁊ in orōne vsi sumus: qm̄ de se tm̄ loqueret. Hoc aūt genus ⁊ orōnes ⁊ epl'as ornat: etiā in tertia ꝑsona elegāter vti poterim᷒ nūero ꝯri p pl'i. vt Li. sępe dt Roman᷒ ꝓlio victor: quū Romanos vicisse ꝯcaret. Et Virgi. Hostis habet muros: quū hostes intelligat. Hoc aūt poeticū et historicū: clausulę frequēter cū elegātia ꝟbo finiunt: qđ in calce

ponit̃ p̄sepe facit elocutionē venustiorē; sed hoc nō semp̄ factitandū est; ne affectatū esse videat̃ nec̄ eñ semp̄ cadit nūerose. Unde etiā in ep̄lis sicuti orōnibus poterim⁹ aurē cōsulere ⁊ interrogare; q̄ si nō fuerit agrestis ⁊ hispida; apte nos docebit an verbū an vocabulū in fine clausule ponendū sit. Preterea hoc aliq̄n obs̄uandū est. nō sp̄ vt inter adiectiuū ⁊ subm̄ aliquid interponat̃. vt Cicero in p̄mo Ep̄laꝝ. Magnitudo est tuoꝝ erga me meritoꝝ ⁊ in h̄ auris quoq̄ interroganda ē; que nob̄ demonstrabit qd̄ sit venusti⁹. Exordiū in ep̄lis nō tale querit̃ q̄le in orōnib⁹ adhibem⁹; sepenūero ep̄lam inchoamus ab ea clausula q̄ primo in buccā venerit idq̄ fit cū decore copulationis at. ast. atq̄. ⁊ id genus s̄nīas faciūt aptiores. Sed interdū tersior nitidiorq̄ est elocutio sine cōiunctionib⁹. vt illud genus. cunt inueniūt. que rūt afferūt. Et illud Uirgilianū. Ferte citi flāmas; date tela; īpellite remos q̄ figura a grāmaticis dicit̃ Asintherhon. Quū v̄o verba cōnexa sunt plib⁹ cōiunctionib⁹ noiatur Polisinteron. vtī illud Uirgil. Athanasq̄ thoasq̄ pelidesq̄ neoptolem primusq̄ machaon. Aliq̄n poterim⁹ vti infinitiuo p̄ p̄teri to ip̄fecto. vt illud Salustianū. Festinare trepidare nec̄ loco nec̄ hoi; cuiq̄ satis credere nec bellū gerere nec pacē habere. Sed hoc p̄ priū est historicū; ornat etiā elocutionē stilūq̄ ep̄licū; color rhetoric⁹ q̄ dicit̃ desinens. Sitr h̄ pacto turpit̃ audes facere ne qd̄ studes dicere. Et illud ē pulci. Collicul⁹ sepimine oscceratus vel truncus dolamie effigiat⁹; vl̄ cespes ligamie humigatus. Sc̄dm h̄ vt in alijs vituperanda est nimietas; ne orōnis affectata videat̃ ⁊ ne dum v̄tutem q̄rimus in vitiū dilabamur. in ep̄lis cōmendaticijs; hic v̄o semp̄ ordo seruat̃. vt amicū quē volum⁹ alteri cōmendare prius laudemus ⁊ virtute ⁊ morib⁹ ⁊ amicicia cū illo cōmemorem⁹. Deinde cōmendatione vtemur validissima; ⁊ id nob̄ futurū q̄ gratissimū ostendemus. Possumus in ep̄lis vsurpare p̄uerbia; inserere carmina poetaꝝ; allegare dicteria; interponere v̄ba grecanica; eandē rem aliq̄n repetere. Principiū ep̄le pōt eē v̄sus poetic⁹. vt apud Pliniū. in. vi. Ep̄laꝝ. Tollite cūcta inquit ceptosq̄ auferte labores. Tradit̃ eñ a carmine Uirgiliano. Scribim⁹ nōnunq̄; sine verbo qd̄ subintelligendū relinq̄mus. vt Cicero in ep̄lis ad. Q. Fratrem. O l̄ras tuas mihi iucūdissimas expectatas; subintelligim⁹ eñ dico vel aliqd̄ sile. Aliq̄n loquimur simbolice ⁊ per enigmata. vt Cicero piscinarios appellat. Hortensiū atq̄ philippū q̄ piscinas refertas habebāt piscib⁹ p̄ciosissimis. In ep̄lis in oñi orōne laborandū; vt sint apte pure atq̄ latine; ⁊ sermonis ꝯsuetudinē in primis sequi debem⁹. Consuetudinē s̄monis voco cōsensum eruditoꝝ. Nam q̄ viciose ⁊ indocte dicunt a plurimis nō sunt accipiēda p̄ regula s̄monis. Uulgo eñ quotidie multa vocabula vsurpant̃; q̄ doct̃ sunt repudianda. vt verbi causa colendissim⁹ s̄uitor reuerendissim⁹ treuga ambasiatores ⁊ id genus innūerabilia. Cōsuetudo v̄o de qua loq̄mur. i. consensus eruditoꝝ certissima est loquendi mḡra. Utendūq̄ s̄mone vt nūmo cui forma sit publica. vt docet Quintilia. Eccl̄iastici v̄o sc̄ptores supradicta vocabula vt alia. pl̄ima vsurpant q̄ a veteribus sc̄ptorib⁹ nō vsurpant̃; licꝫ interdū interponere. in ep̄lis v̄ba vetusta; q̄m afferūt orōni aliquā maiestatē. Sed opus est mediocritate; nec̄ illa vsurpanda sunt q̄ ab vltimis repetita sunt tempibus; qualia sunt topor qd̄ s̄cat cito ⁊ antigerio. qd̄ s̄cat valde. et apluda qd̄ furfur s̄cat. ⁊ bouinator; qui accipit̃ p̄ tergiuersatore. talia eñ faciūt obscurā elocutionē ⁊ risu dignā. Enīuero quū p̄spicuitas sit sūma virt⁹ in orōne. Hoc in primis curare debem⁹; vt ep̄le n̄re sint faciles atq̄ p̄spicue nec̄ egeant interp̄te dam⁹ l̄ras tabellario deferēdas; dam⁹ l̄ras ad amicū sibi legēdas. qui defert l̄ras i dtō ponit̃; q̄ relegit in actō; hoc pacto l̄ras ta

bellario ad te dedimꝰ.dicit̃ etiã hic tibi meas lr̃as dedit tibi legendas.Preterea h̃ diligẽter obseruandũ est vt quũ scribimꝰ nos lr̃as daturos tabullario nõ loqimur in tp̃e futuro.sed ptõ hoc pacto.Anthoniꝰ tabellariꝰ q̃ tibi has lr̃as dedit est mihi familiaris.meliꝰ em̃ dicit̃ dedit:q̃ꝫ dabit qm̃ ꝯsiderat̃ nõ tp̃s quo lr̃e scribunt̃ sed quo leguntur.Jam ergo date sunt qñ legunt̃ necꝫ dande.Hoc ꝓbat Ciceronis exemplũ ita scribẽtis Publius Corneliꝰ q̃ tibi has lr̃as dedit ẽ mihi a Cuspio cõmendatꝰ. Plautꝰ tñ dixit afferet in futuro nõ attulit in ptõ. ita scribit in Curculiõe q̃ has tabellas afferet tibi. Ubi ep̃le scribũtur hic dicit̃:vbi legunt̃ istic.Hoc pacto cupio ex te scire q̃ ibi istic agãtur. ego ꝟo te certiorẽ faciã q̃d hic agat̃. Illud istic refert̃ ad locũ vbi ep̃la legit̃.istud ꝟo hic ad locũ vbi scribit̃:illic aũt dicit̃ ꝺ loco remoto.Preterea in ep̃lis ita ornate loq̃mur:cras aut perendie ad te veniã.Illud em̃ perendie post cras ꝑcat vt dici solet:⁊ ita dicemꝰ: nudiusquartꝰ vl' tertiꝰ anthonius ad te venit.i.nũc dies q̃rtus vel tertius ex quo ad me venit anthoniꝰ. rarenter vel potius nũq̃ꝫ dicimꝰ:nudius q̃ntus vl' nudius sextꝰ ⁊ apud Ciceronẽ nudius tercius dicimꝰ.Uerꝫ id qđ frequẽs est ⁊ lõga ꝯsuetudie roboratũ obꝑuari debet:qđ ꝟo rarꝫ est ⁊ insolens relinqui debet.Due sunt ꝑticule ep̃las exornãtes ⁊ oẽ genus orõnis si mõ his bñ vtemur pridie ⁊ postridie. Nã hec duo aduerbia tũc elegãter vsurpant̃ quũ de tp̃e remotiori loquendũ est ꝟoi

Pridie
Postridie

cã ita docte scribemꝰ kl' martij ad nos accessit Dauꝰ Uerdarꝰ et postridie discessit.Pridie ꝟo locutus erã cũ dictatore sup negotio tuo.Nã inepte ⁊ indocte diceremꝰ cras ad te veniã ⁊ vt postridie.Uel heri apđ Hanibalẽ cenaui.ꝑdie ꝟo apđ anthoniũ. Iste em̃ due ꝑticule postridie ⁊ ꝑdie nõ spectant ad p̃ns tp̃s.Sed ad longinquũ referunt̃ siue id futurꝫ sit siue ptm̃. Interdũ elegãter dicimus ꝑdie eius diei vl' postridie eius diei qđ frequẽter vsurpat Cesar in cõmentarijs. Cauendũ in ep̃lis est vt in oĩ elocutione ne decrescat orõ:⁊ fortiori aliq̃d iungat̃ infirmius. vt sacrilego fur: vt latroni petulans. Augeri em̃ dꝫ orõ sinẽ ⁊ in surgere vt optime Cicero in Anthoniũ.Tu inq̃t istis faucibꝫ istis lateribꝫ ista totiꝰ corpis gladiatoria firmitate .Nec aliud magis alio supuenit. Est ⁊ alius modꝰ naturalis vt viros priusq̃ꝫ feminas dicamus.diẽ anteq̃ꝫ noctẽ:ortũ solis añ occasum.Quedã vt inq̃t Quintilianus ordine ꝑmutato fiũt supuacua vt fr̃es gemini:nã si ꝑcesserit gemini: fr̃es addere nõ est necesse. Nõ erit indecorũ interdũ noĩatio q̃ fit cõmutatiõe lr̃arꝫ:aut translatiõe aut adiectione aut eiusdẽ lr̃e ꝓductione h̃ pacto amari iucundũ est:si curet̃ ne q̃d sit amarũ:⁊ videte: vtrꝫ hoĩ nouo an vano credere malit̃.Et hic ex oratore ꝑ te factus est arator. Et te diligere opter q̃ꝫ velis deligere.Et auiũ dulcedo ducit te auiũ.Illud em̃ ꝑus auiũ ꝓ volucribus accipit̃.Istud posteriꝰ ꝓ incerto ⁊ errabũdo ⁊ extra viã collocato.Multa sunt alia q̃ sup cõpositionẽ ep̃larũ a nob ꝑcipi possent.Sed mihi ꝓpositũ ẽ nõ facere ꝟbosos ꝯmentarios sed strictim breuiterq̃ꝫ necessaria demõstrasse sufficiat.Reliquũ vt exercitationẽ iugiter incũbatis q̃ cũcta cõualescunt. Stilus em̃ optimꝰ est dicẽdi opifex:⁊ exercitio facilitatẽ scribendi parit ⁊ copiã suggerit ex q̃ efficit̃ vt etiã ad extẽporalitatẽ vsq̃ꝫ simꝰ accõmodati.Sũt etiãꝫ ediscende integre clausule ex ep̃lis Ciceronis ⁊ sententiose elegantesq̃ꝫ impmis excellẽtes:q̃s licet nr̃is deinde ep̃lis inserere.Ita memoria vegetabit̃ ⁊ aliena dicta afferẽt scriptis nr̃is insertã maiestatẽ.Estote ergo assidui diligentesq̃ꝫ in scribendo:diligenterq̃ꝫ legite multa:⁊ multam lectionẽ.Deinde stilus ipe succedat.Et ita vicissim scribẽdo ac legendo ⁊ quottidiana exercitatione laborando cõseq̃mini id qđ cõcupiscitis: ⁊ nõ solũ optimas epistolas sed etiam orationes luculentas facillime componetis. Finis

Typus Arithmetice

Liber quartus de quadruuij rudimentis Tractatus Primus de Quadruuij laudibus et diuisione. Capitulum. I. Magister.

Quid habes fili: et cur ab imo pectore alta trahis suspiria: num te grauant que nuper accepisti Triuij principia: et cepti te penituit studij? Di. Nihilo minus: tanta aũt dulcedine sil' et iucunditate ex his animũ meũ delibutũ sentio: vt nec vigilie oculos opprimant: nec sermonis assiduitas aures obtundat: nec omnino vel lasciuientiũ societas: aut queuis alia iuuentutẽ emollientia obsistere possint: quo minus et quadruuij elementis auidissimũ me auditorẽ exhibeã: si tu hũc laborẽ assumere dignaberis. sed ocius vt hẽ subeas te etiã atqꝫ etiam rogo et hortor plurimũ. Mag. Rem cupis fili (et si difficilem) scitu tamẽ dignissimã. nã teste Boetio verũ eruditissimo: nemo vnqꝫ in phie disciplinis ad pfectionis cumulũ sine quadruuio euadere potuit: nulli sine illo recto sapiendũ: nulli deniqꝫ recte est philosophandũ. ob id qsquis hoc ptermiserit oẽm phie iam pdit doctrinã. qd et demonstrationib' lucidissimis Nicolaus de cusa cardinalis in primo quẽ de docta ignorantia ptitulauit libro cõfirmat. Nam et ipe mathematicis adiutus disciplinis: quedã arcana sacroꝝ eloquioꝝ multis ante hac abscondita penetrauit. Sed his (cũ et longiorẽ tractatũ et ingeniũ exercitatum requirant) in aliud tẽpus dilatis qd petis exordiamur. Tota vero ista disciplina quã Quadruuiũ Boetius nominat qntitates speculat: quãtitas vero in magnitudine ac multitudinẽ partitur. Rursus alie quidẽ per se: vt tria, aut quattuor: alie vero ad alias referũtur. vt duplũ, et dimidiũ. Magnitudines aũt alie manentes sunt motuqꝫ carentes: vt triangulus linea. Alie vero sp mote. vt octaua sphera. Harum illã multitudinẽ que p se est Arithmetica speculatur. Illam vero que ad aliã refertur. Musica cõtemplatur. Immobilis vero magnitudinis noticiã: geometria: mobilis aũt astronomia pollicet. vnde et ab his quattuor: hec doctrina quadruuiũ appellata est. Sunt enim vie quattuor ad vnũ finem quantitatis (scꝫ noticiã) perducentis. Di. De prima igitur hoc vesperi paucis te absoluas.

Marginalia: Boetius.i. Arith. — Laude qdruu — Nicolaus de cusa — Boetius. — Diuisio qdruuij — Boetius — Unde dictũ sit qdruuiũ

De Arithmetice definitione noĩe inuentore fine ac diuisione Capitulum secundum. Mag.

Primã Quadriuarij ptem arithmeticã appellam'. Est aũt arithmetica nũeroꝝ doctrina. tractat eñ de nũero quẽ greci ἀριθμὸν arithmon dicũt. vnde et huic scie nomẽ a pmis ei' inuentorib' inditũ est. Arithmetica. i. scientia de vtute numeri ἀρετή eñ grece idem qd vtus et ἀριθμός idem qd nũerus latine sẽcat. Di. Qui nã huiusce desciplinę extitere primi inuentores? Ma. Apud grecos eam pmus (vt aiunt) Pythagoras reperit: et in latinũ, eam pmus quidẽ: Apuleius: deinde Boetius transtulerũt: sed ptermissis istis rem ipaꝫ aggrediamur: eo quo sequitur ordine. Primũ quidẽ numeꝝ in se suisqꝫ partibus et passionibus absolute et theorice post hac ipsum contractius ac magis practice considerabimus. Demũ nõnullas artis calculatorie ppulchras regulas adijciem'.

Marginalia: Arithmeti. — Pythagoras — Apuleius — Boetius

De Numeri definitione et in numeꝝ parem diuisione ac earundem partiũ descriptione. Ca. III. Ma.

De Numero Arith. speculat.

Numerus ē vnitatū collectio vel q̄titatis aceruus ex vnitatib⁹ pfusus. Est aūt vnitas qua vnaqueq̄ res vna dicit. vnitas aūt nō est numerus: sed principiū numeri. sicut magnitudinis punctū. Di. In quot aut quas nūerus sui prima diuisione scindit ptes? Ma. In geminas: in parem videlicet numerū ⁊ imparem. Di. Numer⁹ par q̄s est? Ma. Est numerus in duo diuisibilis equalia: vnitate non media. vt .4. diuidit in .2. ⁊ .2. nulla vnitate media. Di. Quid est qḋ dicunt Pythagorici numerū parem in maxima paruissimaq̄ posse diuidi: maxima quidē spacio minima quantitate? Ma. Per spaciū partiū numeri magnitudinem: p quantitatē vero: earundē volebant significare multitudinem. Et vt hec clarius intelligas: exemplū hoc animaduerte. 8. in .4. ⁊ .4. diuidit: nec in partes maiores ab aliquo unq̄ partitit: nec scd̄m minorem numerū q̄ binariū duarū sc̄ partiū naturali diuisione secatur. ⁊ ita quo ad primū in spacio maxima ⁊ quo ad secundū in quantitate diuidit minima.

Numerus | vnitas.

De Numeri diuisione. ⁊ eius parte. numeri sc̄ paris pariter paris descriptione. Capitulū. IIII. Di.

Ac numer⁹ in quot spēs partitur? Ma. In tres. Nam quidā est numer⁹ pariter par: quidā pariter impar: q̄dam vero impariter par. Di. Numerus pariter par quis est? Ma. Est nūerus qui in duo paria diuidi. ⁊ rursus hoꝝ quodlibet i alia duo paria potest secari vsq̄ dum diuisio. partiū ad indiuisibilē naturaliter perueniat vnitatē. vt est numer⁹ .16. q̄ in .8. ⁊ .8. rursus .8. in .4. ⁊ .4. q̄ rursus in .2. ⁊ .2. ⁊ duo in .1. ⁊ .1. que est in diuisibilis vnitas ptiuntur. Di. Et quā ob causā is nūerus tali insignitus est vocabulo? Ma. Quia eius ptes noīe ⁊ quantitate inueniunt pares. ipis eñ naturali ordine dispositis ita sibiipis respondent vt quota vna sit noīe tanta reliqua sit quātitate: vt ecce .1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. in hoc ordine. 8. decimasexta pars est, totius sūme sc̄. 128. ⁊ tantā sedecimā ptinet quantitatē. Et rursus .16. sūme totius pars est. 8. ⁊ hanc ipam 8. cōtinet quantitatē. Et sic idem eueniet de q̄buslibet reliquis eque a medio. distantib⁹ ptibus. Sed hoc aduertendū: si pares sunt ptium dispositiones: nō vnū sed duo sunt media inuenienda. in quib⁹ hoc idē quod in partib⁹ eque a medio distantib⁹ cōtingit reperiri. vt in exemplo priori. Si vo partiū impares fuerint dispositiones: vnū repitur mediū qḋ sibiipi noīe respondebit ⁊ quantitate. vt. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. In h̄ ordine. 8. est mediū: octaua sc̄ toti⁹ sūme pars quā q̄titatē in se ipo cōtinet. Di. Clarissime hec intelligo. nec in ei⁹ declaratione te morari ampli⁹ necesse ē: ob id ad reliqua stilū vertas. ⁊ quis sit nūerus pariter impar describas.

Numerus pariter par

De Numeri pariter imparis definitione. Ca. V. Ma.

Numerus pariter impar est qui in ptes equales diuidit. Et rursus he ptes cū sint numeri imparis: inequalia nō partiūtur. vt. 10. in 5. ⁊ 5. sed. 5. in duo paria nō diuidunt. patet igit numerū cui⁹ medietas est impar: esse pariter imparē. Di. Ne pigriteris. ⁊ vnde is nūerus hoc sortiatur nomē demonstrare? Ma. A suis partibus: que cum noīe sint pares. quantitate tñ sunt impares: aut si noīe sint impares: q̄titate erūt pes qḋ in subiectō facile erit videre exēplo. nā nūeri pariter iparis. 18.

[Left margin, partly cut off:] ...us ... im-

partes sunt.9.⁊.9.quarū quelibet a pari denominatꝰ nūero q: a dualitate. cū.9.⁊ decemocto fit dualitas siue medietas. quātitas vero eius impar est. quia nouenaria. ⁊ rursus.6.decemocto tertia pars est. ecce impar denominatio:q: fit a ternario ⁊ quantitas quidem par est:q: senaria.sic ⁊ in alijs pariter imparum numeroꝝ partibus est facillimū videre.

De Numero impariter pari. Cap.VI. Di.

Numerus impariter Par

Numerus impariter par quis est? Ma. Est nūerus qui cū in equales ptes diuidiꝰ. rursus he partes in alias ptes secantur. Sed in istacꝰ parium diuisione nō vsqꝫ ad vnitatē in equa ptitio pgreditur vt. 24.in.12.⁊.12.partiꝰ.⁊ rursus.12.in.6.⁊.6.⁊ amplius.6.in.3.⁊.3.diuiditur:sed amplius.3.in equa nō secantur.Et ob hoc recte tale sortitus est vocabulū.Est em̄ par:q: in equa diuidiꝰ:sed impariter quidē.quia non in omnibꝰ suis partibꝰ par reperitur.Sunt aūt hi om̄es impariter pares.12.20 24.28.40.56. Di. Habes ne alia de natura nūeri paris cognitu necessaria? Ma. Habeo equidem ⁊ multa.vt scꝫ de pprietatibus eius: de eius quoqꝫ quoꝰad singulas species generationibꝰ: que quoniā prima huiusce disciplinę videnꝰ transcendere elementa: in pn̄tiarū placuit silentio transire: ⁊ ad alias eiusdem numeri partes sermonem vertere.

De Numero supfluo diminuto ⁊ pfecto. Ca.VII. Di.

Numerus supfluus

Et que aut quot sunt he nūeri paris ptes alie? Ma. Sunt numerus supfluus: numerꝰ diminutus: ⁊ numerus pfectus. Di. Numerus supfluus quis est? Ma. Est ille cuiꝰ partiū summa summā totiꝰ excedit.vt.12.cuiꝰ medietas est.6.pars tertia.4.ps quarta.3.pars sexta.2.pars vo duodecima.1.que om̄es siꝰ iuncte. 16.constituūt:que totiꝰ.12.scꝫ summā in.4.quattuor excedunt. Di. Numerꝰ diminutus quis est? Ma. Est numerus cuiꝰ partiū summa:summā totius non attingit.vt.8.cuius medietas est. 4.quarta pars.2.octaua.1.que simul iuncte.7.efficiunt:que totius scꝫ.8. summā nō attingunt sed in vnitate deficiunt. Di. Numerus pfectus quis est? Ma. Est numerꝰ cuius partiū summa:sufficit totius nec maior:nec minor:sed equalis reperiꝰ.vt.6.cuiꝰ medietas est.3.pars tertia.2.pars sexta.1.quas si simul iungas.6.toti summam equalem pcreabis.Et horum numeroꝝ paucos reperies scꝫ.6.28.496.8128 ⁊ semper in sex aut octo terminatos.

Diminutꝰ

Perfectus

De Numeri imparis definitiōe ⁊ diuisiōe. Ca.VIII. Di.

Numerus impar

Impar numerꝰ quis est? Ma. Est numerꝰ q̄ in duo eq̄lia diuidi nō pōt quin interueniat vnitas.vt.5. diuidiꝰ in.2.⁊.2. vnitate interueniente.addit em̄ nūerus impar sup parē sp vnitatē Di. Numeri imparis (si que sint) enumera species? Ma. Numeri imparis species sunt numerus primus ⁊ incōpositus: numerꝰ secundus ⁊ cōpositus: nūerus p se secundus ⁊ cōpositus ad aliū cōparatus primus ⁊ incōpositus. Di. Numerus primus ⁊ incōpositus quis est? Ma. Est numerus qui nullam aliam habet partem q̄ꝫ eam ipsam que a totiꝰ quātitate accipit denominationē ⁊ hec pars semp est vnitas vt.3.habꝫ pter vnitatē nullam aliam partē que totius est vna.3.Et ob id hic numerꝰ primus ⁊ incōpositus dicitur: quia a nullo numero priori cōponiꝰ aut metitur. Numerus autē numeꝝ cōponere aut metiri dicitur a quo ipo multo-

Numerum componere quid sit.

tiens sumpto: pcise nullo deficiente aut superfluo totus cõstituit. Et ita numeri quorum preter vnitatem nulla pars est eos metiens: contra se primi dicunt. vt. 3. et. 4. per oppositum numeri cõicantes sunt: quorũ alia ab vnitate pars ambos metit. vt. 9. et. 12. quos nõ modo vnitas: sed ternarius metit. Numeri cõicantes.

De Numero secundo et cõposito. Cap. IX. Di.

Secundus et cõpositus quis dicit nũerus? Ma. Is qui pter vnitatem in se aliũ habet numerũ a quo cõpositus est. vt. 9. vnitatẽ habet a quo nouies replicata cõponit: habet et insuper ternarium, a quo tersumpto constituitur. Et ideo is numerus secundus dicit nam habet numerum priorem a quo cõiungitur: et compositus quidem est: quoniam in ipsum a quo cõiunctus est resoluitur. Numerus secũdus cõpositus

De numero per se secundo et composito. et ad alium comparato primo et incõposito. Cap. X. Di.

Da numerũ p se quidẽ secundũ et cõpositum: ad aliũ vero cõparatum primũ et incõpositũ? Ma. 9. et. 25. hor quilibet: vt ex priorib liquet secũdus et cõpositus reperitur: sed ad seinuicẽ cõpari: primi et incõpositi recte iudicant: nã nullũ cõem habent numerũ a quo metiant ambo. 9. cũ tribus ter sumptis metitur: quib. 25. minime cõstituũtur: sic ecõuerso. 25. per. 5. quinies sumpta metiũtur: quib. 9. nequaq cõstituunt. Et hos facile q sint deprehendes: si duobus tibi ppositis numeris: minorẽ de maiore subtrahas: nam quit relinquit aut est vnitas aut ali nũerus huic qui subtrahit minor aut equalis: si qui relinquit vnitas est: nũeros cõtra se ppositos primos esse necesse est si equalis est: eos ambos illo cõi termino intelligas metiendos et ita nõ esse cõtra se primos: sed cõicantes. Si vero prima subtractiõe facta: relictos minor fuerit illũ a priori subtrahendo demas: et ita vsq dum potes pcedas: et ex derelicto ex dictis numeri naturã iudicabis. Que vt clarius intelligas: subiectũ animaduertas: exemplũ sint. 9. et. 29. numeri ppositi: aufero. 9. a. 29. et remanent. 20. a quibus si rursus. 9. tollantur manent. 11. a quib si demũ. 9. subtrahunt: relinquũtur duo: que (qr nouenariã quãtitatem nõ attingunt) totiens quotiens possum a. 9. demo: quod cũ quater factum fuerit vnitas relinquit. Ex quo patet numeros ppositos esse contra se primos: et hec de numero ad se cõsiderato dicta in presenti sufficiant: at si aures patulas prebere volueris nonnulla et quidem vtilia de numero vt ad alium refertur subiungam. Di. Auscultabo et q diligenter. Numerus per se secundus.

De Maioris inequalitatis speciebus in genere. Ca. XI. Ma.

In primis itaq te scire necesse est: omne qd ad aliud refert: aut ẽe equale aut inequale. Et primũ quidẽ prorsus nullã accipit diuisionem nã quod equale est aliter se habere nõ põt: vt duo equãtur duob Inequale vero dupliciter esse cõtingit. Est eñ quoddã magis inequale quoddã vero minus De his harũq speciebus magis necessaria in mediũ afferã: et primũ de speciebus maioris inequalitatis. Di. Que et quot maiores inequalitatis species sunt? Ma. Quinq scz Multiplex Superparticularis: Superpartiens: Multiplex superparticularis: multiplex superpartiens.

De numero multiplici. Cap. XII. Di.

n Umerus multiplex quis est? Ma. Est numerus qui ad aliũ cõparatus ipsum plus q̃ semel continet: quem si bis contineat duplus est si tertriplus: et sic procedendo in infinitum. vt.2.ad.1.est duplus.3.ad.1.est triplus.

De numero superparticulari. Cap.XIII. Di.

Uperpticularis numerus quis est? Ma. Est numerus qui ad alium relatus ipsum quidẽ totũ continet: et insuperalterã eius partem que pars si medietas fuerit sesquialter vocat vt.3.ad.2. Si vero tertia sit sesquitertius dicitur vt.4.ad.3. valet autem sesqui idem quod totum qd ꝑprie ser qui dici deberet.

De numero superpartiente. Cap.XIIII. Di.

Uis est numerus superpartiens? Ma. Est nũerus qui ad aliũ cõparatus ipm totũ et insuper nõ vnã solã sed plures eius ptes ꝯtinet Si igit nũerus aliũ et duas eius ptes cõtineat Supbipartiens Si ṽo tres eius ptes vltra totũ in se habeat: suptripartiens dicit et sic de reliquis in infinitũ ꝓcedendo. Exemplũ pmi vt.5.ad.3. Exemplũ secũdi vt.7.ad.4. In his aũt locutionibꝫ necessariũ erit subm subintelligere: illud scz quod ptem sequentẽ ptes reliquas vltra totũ in suppartiẽte inclausas: denoiant. vt in exẽplo si nũerus suppartiens vltra totũ duas eius ptes ꝯtineat: subintelligendũ est supbipartiens tertias: nã in numero naturali ordine.2. sequunt.3. Et sit tres partes ꝯtineat: subintelligendũ est suptripartiens quartas: sic et in ceteris est facile videre.

De nũero multiplici superparticulari. Cap.XV. Di.

triplex sesq altero.

Umerus multiplex supparticularis quis est? Ma. Est nũer⁹ qui ad aliũ relatus: cõtinet eundẽ plus q̃ semel et insup alterã aliquã eius partẽ. Et ob id hoc geminũ accipit vocabulum Eo cũ ipo q maior minorẽ plus q̃ semel ꝯtinet: multiplex: q vero rursus aliquã minoris ptem continet pticularis esse non ambigit. Si igit maior minorẽ bis: et eius medietatẽ ꝯtineat: duplex sesqualter. si vero tertiã eius partẽ ꝯprehendat: duplex sesquitertius: aut si maior minorẽ ter: et insuper eius medietatẽ contineat: triplex sesquialter noiatur et sic ꝯsequenter reliquos noiabis: si in infinitũ ꝓgressionẽ feceris Exempla patebũt.5.ad duo duplex sesquialter est.7.ad.3. duplex sesquitertius est.7.ad.2. triplex sesquialter.10.ad.3. triplex sesquitertius inuenitur.

De numero multiplici superpartiente. Ca.XVI Di.

Numerus suppartiẽs.

Umerus multiplex suppartiens quis est? Ma. Est numer⁹ qui ad aliũ relatus ipm quidẽ plus q̃ semel cõtinet: et insup nõ vnã solã sed duas tres aut q̃ttuor vel plures ei⁹ partes. Et sic scdm q maior minoris plures ptes cõtinebit semp aliud et aliud nomen hereditabit. Dicit enim duplex supbipartiens si minorẽ bis et duas ei⁹ ptes in se habeat. vt.8.ad.3. uel duplex suptripartiens si minorẽ bis et tres ei⁹ ptes ꝯphendat. vt.11.ad.4. Triplex ṽo supbipartiens noiat: si minor ter et insup due minoris ptes in maiore ꝯtineant. vt.11.ad.3. et p silia in reliquis facile ẽ videre. Et hec de maioris inequalitat speciebꝫ hacten⁹ dixisse satis sit: nũc si de minoris inequalitate speciebus aliqua inquirere libuerit: calam⁹ cum in motu est respondebit.

De Speciebus minoris inequalitatis. Cap. XVII.

Di. Minoris ineq̄litatis spēs q̄ et q̄t sunt? Ma. Tot et eędem fere quæ maioris ineq̄litatis. Dico aūt fere: q2 solū noīa per additionē prepositionis sub. sunt varianda. vt scʒ dicat̄ submultiplex. vt 1 ad 2. subdupla est. vt 1. ad 3. sub tripla. Sub subparticularis. vt 4 ad 6 Subsesq̄alter. vt 3. ad 4. subsesq̄ternus est: sub suppartiens. vt 3. ad 5. Subsupbipartiēs. vt 4. ad 7. subsuptripticns reperit̄. Multiplex subsupparticłaris. vt 2. ad 5. subdupl⁹ sesq̄alter ē. 3. vero ad 7. subtriplus sesq̄tertius est. Et mł'tiplex sub suppartiens. vt 3. ad 8. sub duplus supbipartiēs et 4 ad 11. sub duplex suptripartiēs nominat̄. Et vt oīa simul cōplectar: oīa exempla de maioris ineq̄litatis specieb⁹ p̄dicta: etiā de specieb⁹ minoris ineq̄litatis exempla erūt: si numeri minoris maiorib⁹ cōparati fuerint. Oīm aūt dictoꝝ numeroꝝ adinuicē habitudines ꝓportiones vocant̄. et eisdē quib⁹ et p̄dicte species noīate sunt: vocabulis nominant̄. Nam q̄dam dicit̄ ꝓportio dupla q̄dam supbipartiens. q̄dam supparticularis. quędam vero tripla. &c. Et de istis eadē quę sup̄dicta sunt dant̄ exēpla. Di. Ipaꝫ igit̄ ꝓportōeꝫ definias.

De Proportione et Proportionalitate. Cap. XVIII.

Ma. Proportio (vt ex p̄dictis liq̄t) est duarū quātecunq̧ sint eiusdem generis q̄ntitatū certa vnius ad alterā habitudo. vt 4. ad 2. est proportio dupla. Proportionū ꝟo adinuicē h̄itudies a mathematicis ꝓportionalitates dn̄r. Di. q̄d ē ꝓportionalitas? Ma. Est duaꝝ aut pluriū ꝓportionū s̄ilitudo. vt sicut se habēt 4. ad 2. ita 8. ad 4. q̄a vbiq̧ est ꝓportio dupla. Illarū igit̄ duarū ꝓportionū similitudo ꝓportionalitas est: nec in paucioribus q̄ȝ trib⁹ terminis ꝓportionabiliter q̄renda est. Qui si ita dipositi sint: vt mediū vtrisq̧ comparet̄ extremis: ꝓportionalitas continua dicit̄. vt 1. 2. 4. Sic eñ se h̄et 2. ad 1. ita 4. ad 2. q2. vbiq̧ ē ꝓportio dupla. Si vero numeri intermedij ita locati fuerint. vt alius ad vnū. alius vero referat̄ ad reliquū: talem ꝓportionalitatē disiunctā dicimus. vt 1. 2. 4. 8. sicut se habet 2. ad. 1. ita 8. ad 4. vbiq̧ eñ est ꝓportio dupla. Si vero dico sicut se habet 1. ad 2. ita 4. ad 8. eadē q̄dem ꝓportionalitas ꝑmanet. Sed tunc conuersa est cum dixero: quēadmodū se habʒ 4. ad 1. ita se habebūt 8. ad 2. eadem iterum manet ꝓportionalitas: sed tunc ꝑmutata est.

De Specieb⁹ ꝓportionalitatis in gn̄e. Cap. XIX.

Di. Proportionalitatis si quę sunt spēs enūera. Mag. Si iam dicta intelligis q̄tuor ꝓportionalitat̄ species inuenies: q̄ sunt ꝓportionalitas: cōtinua. disiuncta: ꝑmutata: et cōuersa. Di. Num et alie sunt: sane q̄dem intelligo. Ma. Alie sunt quaꝝ tres vtiliores in in seq̄ntib⁹ enodabimus. viʒ Proportionalitatē Arithmeticā: Geometricā et Harmoniacam: quę et medietates appellant̄. Proportionalitas.

De Proportionalitate Arithmetica. Cap. XX.

tis.q̄ sunt a ⁊ b.qđ fuit ꝓbandū.Scđm.Om̄is triangulus hab; tres angulos equales duob; rectis. vt sit triangulus a b c. ꝓduco lineā b c.vsq̄ ad d. causat angulus extrinsec⁹ c.⁊ q: anguli c ⁊ c.duob; rectis sūt equales ꝑ theorema pri mū de angulis. ⁊ angul⁹ extrinsec⁹ c.equalis ē angulis in- trinsecis sibi.sc;. a ⁊ b.ꝑ p̄cedens theorema.erūt itaq̄ tres anguli.s.a b c.eq̄les duob; rectis:qđ fuit ꝓbandū. Tertiū. om̄is trianguli duo q̄libet anguli duob; rectis sūt minores . ꝓbat̄ q: tres duobus rectis sunt equales.igit̄ si vnū demas:remanētes: erūt minores. vl' sic.sit triāgulus a b c.cui⁹ latus b c ꝓtrahat̄ in d.fit angulus extrinsec⁹ c.q̄ maior est angulo a vel b. ex theore- mate p̄ore p̄cedenti: ⁊ angulus extrinsec⁹ c.cū angulo intrinseco c.est equalis duobus rectis ex primo theoremate de angulo.igit̄ anguli intrinseci b ⁊ c sūt duobus rectis.minores.silr' anguli in trinseci a ⁊ c.Idem ꝓbat̄ codē mō de angul' a ⁊ b.si ꝓtrahat̄ li- nea b a.in f.Quartū equales sunt sibi cuncti trianguli q̄ super candē basim atq̄ inter duas lineas eque distantes sunt ꝯstituti vt triangulus a b c.⁊ d b c ꝯstituti sūt sup basim b c.inter duas lineas eque distātes sunt ꝯstituti vt triangulus.a b c.⁊d b c.cō- stituti sūt sup basim b c.inter lineas eque distātes:q̄ sunt a c.⁊ b f.pt; q: tales trianguli dimidia sunt q̄drati sup candē basim ꝯstituti.Quintū.In om̄i triangulo duū equaliū late⁊ vtrūq̄ an gulo⁊ q̄ sūt ad basim:ē minor recto:⁊ vn⁹ alteri est eq̄lis .vt sit triāgul⁹ a b c cui⁹latera.a b.⁊ a c.sūt eq̄lia:erit b c basis.⁊ angu lus b minor recto:⁊ angul⁹ c minor recto . ⁊ angu lus b equalis angulo c.Ex quo sequit̄ q̄ si alicui⁹ trianguli duo anguli equales fuerint : duo latera equos angulos respicientia erūt equalia. vt in di- cto triangulo latera a b.⁊ a c.respiciētia equos an gulos b ⁊ c.sunt equalia. Sextū.om̄is triāguli duo q̄libet latera sil' iuncta reliquo sunt longiora .vt sit triangulus a b c.erunt latera a b.⁊ a c. simul iun- cta longiora latere b c.Septimū.om̄is trianguli lō gius latus angulo maiori oppositū est . vt in dato triangulo: angulus maior est a.cui opponit̄ latus b c.qđ maius est lateri a b.vl' a c. Octauū. In om̄i triangulo rectangulo quadratū : quod a latere re- ctangulo opposito in semetipso ducto describitur: equum est duobus quadratis que ex duobus reli quis lateribus describuntur . vt sit triangulus re- ctangulus a b c.cui⁹ angulus a sit rectus:erit qua dratum lateris b c equale duobus quadratis laterum a b. et a c.et quod dictum est de quadratis habet etiam veritatem de alijs sup- ficiebus ex trianguli lateribus descriptis in lineatione et creatione similibus. vt triangulus oxigonius constitutus ex latere b c. equa- lis est duobus triangulis exigonijs constitutis ex lateribus a b . ⁊ a c. Discipulus. Quantum autem potest latus ampligonij quod obtuso angulo subtenditur respectu alio⁊ laterū? Ma. tanto am plius potest quātū est qđ continetur bis sub vno co⁊ atq̄ ea linea que sibi directe iuncta ad obtusum angulū a ꝑpendiculari extra de













ꝑpendicꝯ.vt sit triãgulus ampligonius a b c.cuius angulus a.ē obtusus.ducat̄ itaq̃ a.pũcto c.linea ꝑpendicularis ad lineã a b.q̄ necessario cadet extra triãgulũ.ptrahãt igit̄ lineã a b.⁊ tanget hanc ꝑpendicularē in pũcto d.erit itaq̃ q̄dratũ lateris b c. tãto maius duob; q̄drat̄ laterũ a b.⁊ a c.q̄ztũ est id qd̄ fit ex b a.in a d.bis. Di. Quãtũ ṽo potest latus exigonij angulo acuto subtenso respectu alioꝝ duoꝝ laterũ: Ma. Tanto minus potest ipis quantũ est qd̄ bis cõtinet̄ sub vno eoꝝ laterũ:cui.s.ꝑpendicularis substat:⁊ ea ꝑte sui que ꝑpendicl'aris ⁊ angulo acuto interiacet.vt sit triãgulus exigoniꝰ a b c.cuiꝰ angulus c.sit acutus:duco ꝑpendicularē ab angulo a.ad lineã b c in puncto d. erit itaq̃ q̄dratũ lateris a b. tanto minꝰ q̄dratis laterũ a c.⁊ b c. q̄ztũ est id qd̄ fit ex b c. in d c.bis. Et qd̄ iã dictũ est de latere subtenso angulo acuto exigonio.habet etiã veritatē de latere subtenso angulo acuto ĩ ãpligonio vł orthogonio. Nonũ. Si aliq̃ ab anguloꝝ triãguli linea recta ad basim ducta:illũ angulũ ꝑ eq̄lia secet due ꝑtes basis reliquis eiusdē triãguli ꝓportionales sunt vt sit triãgulus a b c.⁊ angulũ a.diuidat̄ ꝑ eq̄lia linea ꝑpēdicularis a d.ducta ad basim b c.erũt ꝑtes basis .s.b d ⁊ d c. ꝓportionales laterib; a b.⁊ a c.qd̄ facile pz in nũeris:patebitq̃ ĩfra in praxi. Decimũ. Si ab orthogonij angulo recto ad basim linea ꝑpendicl'aris ducat̄:erit ipa ꝑpendicularis ĩter duas sectiones ipius basis ꝓportioalis: ⁊ vtrũq̃ latꝰ inter totã basim atq̃ sibi cõterminalē basis portionē. vt sit triãgulus a b c.a cuiꝰ angulo recto a. ducat̄ linea a d.ꝑpendicularis ad basim b c.erit linea a d.ꝓportionalis parti basis b d. ⁊ d c. Et sicut tota basis ad latus a c.vel a b. sic latꝰ a c.ad partē basis d c. ⁊ latus a b.ad partē basis b d.⁊ hec quoq̃ ĩfra manifesta erit. Undecimũ. Oim duoꝝ trianguloꝝ quoꝝ anguli vniꝰ angulis alteriꝰ sunt eq̄les:latera equos angulos respiciētia sũt ꝓportionabilia.vt sint trianguli a d e.⁊ a b c.quoꝝ angulus d.est eq̄lis angulo b.⁊ angulus a.angulo e.⁊ angulus f.angulo c. Ob id latera a d.⁊ d e.sunt ꝓportionabilia laterib; a b.⁊ b c. Nã sic se habet latꝰ d e.ad latꝰ a d sic se habet latus a b.ad latꝰ b c. Ex h̄ theoremate mira cõcludi possunt. ꝓbatũ est ꝑtim supra theoremate ṗmo de supficie. Latius aũt infra in praxi deducetur.



De quadrangulo. Cap. XVIII. Ma.

E q̄drãgulo hec ponãt̄ theoremata. Primũ. ois palellogrami ĩpacij ea q̄dē q̄ diameter secat: ꝑ mediũ palellograma circa eãdē diametꝝ ꝯsistere dñr.vt sit spaciũ palellogrami a b c d.cuiꝰ diameter sit a d quē diuidãt due linee c f. ⁊ g h. ducte eque distãter lateribus oppositi dicti palellogrami secãtes se sup diametꝝ ĩ pũcto k.⁊ erit totũ h̄ spaciũ diuisũ ĩ q̄ttuor rectãgula q̄ꝝ duo que diameter secat.ꝑ mediũ vicz.a h c k.⁊ k f g d.circa diametrum consistunt:reliqua duo.scilicet h b k f.⁊ e



k c g supplementa dicunt:ꝛ sunt semꝑ sibiinuicē ęq
lia:quę ambo sumpta cū vno parallelogramoꝝ cir-
ca diametrū cōsistentiū:constituūt gnomonē:cui si
addat alíud parallelogramū circa candē consistens
diametrū:totū pallelogramū integratū est.Unde pa
tet dictū Aristotelis in p̄dicamētis.vbi dicit.Paral-
lelogramū addito gnomone ip̄m crescit:sed nō alte
rat.Secundū duobꝫ quadratis assignatis tertiū da
tū ęq̄le cōstituere facile est ꝓbabile:sint em̄ quadra
ta duo data.a b c d ꝛ e f g h.ꝓtrahat lat᷒ ac in di-
rectū ꝓsus l.donec c l ęq̄le sit vni laterū q̄drati e f g
h ꝛ a pūcto l ducat linea recta ad pūctū d.Et sit tri
angulus rectangulus c d l.cui᷒latus d l oppositū an
gulo recto c. ꝗ quadratū descriptū a latere d l equū
erit duobꝫ q̄dratis descriptis a lateribꝫ c d ꝛ c l ꝑ no
nū theorema d̄ triangulo.ꝛ rursus ex linea d l circa
q̄dratū a b c d describat gnomo:ꝗ erit q̄drato e f g
h ęq̄lis:qđ sic ptꝫ. Nā totū q̄dratū d l icludit duo q̄
dratoꝝ a b c d ꝛ f g h.vt ꝓbatū est.igit̄ dēpto ab eo q̄
drato a b c d ꝗ remanet gnomo equ᷒ est reliquo q̄-
drato e f g h.Tertiū oēs supꝼicies equedistātiū lateꝝ
suꝑ vnā basim:atq̄ in eisdē alterius lineis cōstitu-
te sūt equales. vt sint linee alterne equedistātes a b



ꝛ c d.Inter quas cōstitua duas supꝼicies
equedistātiū laterū scꝫ a f c e ꝛ g c h e su-
per candē basim c e ꝛ erūt ęq̄les.Quartū
si paralellogramū ꝛ triangulus in eadem
basi ꝛ in eisdē alternis lineis fuerint con
stituta: paralellogramū triangulo duplū
est.vt sint alterne lineę equedistātes a b
ꝛ c d inter quas constituat̄ parallelogra-
mū a e c f suꝑ basim c f qđ diuidat̄ in duo
ꝑ diametrū a f.fit triangulus a c f.suꝑ cadē
basi c f ad quē parallelogramū a e c f. du-
plū est:qꝛ cōtinet ip̄m ꝛ ei equalē scꝫ a c f et
dictū parallelogramū erit silr duplū ad tri-
angulū c b f in cadē basi cōstituto: qꝛ trian
gulus c b f equalis est triāgulo a c f. ex the
oremate quinto de triangulo.Quintū.si fue





rit linea in duas quātascūq̄ ptes diuisa:q̄-
dratū qđ fit ex ductu toti᷒ lineę in alterā ei᷒ partē:ęq̄
le est q̄dratis ꝗ ex ductu eiusdē ptis in se ip̄am. ꝛ alteri᷒
in alterā fit.vt sit linea a b diuisa in a c ꝛ c b.erit q̄dra
tū d a e b ꝯstitutū ex linea a b ꝛ a c ęq̄le q̄drato ꝯstitu
to ex a c qđ ē d f a c ꝛ q̄drato f c e b qđ fit ex ductu li-
neę a c in c b. Qđ facile claret in nūeris. vt sit tota li-
nea a b vt.7.pars a c.3.ꝛ ps c b.4.erit q̄dratū ex b c ꝛa
c.21:qꝛ ter septē sunt.21.ꝛ q̄dratū a c.9.nā ter tria sunt
nouē.ꝛ q̄dratū ex a c ꝛ c b.duodecī eo ꝙ ter q̄ttuor faciūt duodecī. Hec aūt
duo q̄drata sil̄ iuncta.9.scꝫ ꝛ 12.faciūt.21.equale quadrato p̄ori. Et nō solū

f
9 12
3 4
a e b
21



hoc theorema in nũeris: ſed ⁊ plura alia demõſtrari poſſunt que breuitatis cauſa ſilentio trãſire libuit. Sextũ. Si fuerit linea in duas ptes diuiſa: quadratũ qđ ex ductu totius in ſe ipm fit: equũ ẽ his que ex ductu vtriuſqȝ partis in ſeipam ⁊ alteriꝰ in alterã bis fiunt vt ſit linea a b. 8. diuiſa in c ⁊ habeat linea a. c. 6. ⁊ linea. c b 2. erit quadratũ ex tota linea a b. 64. ⁊ q̃dratũ linee a c. 36. ⁊ q̃dratũ c b. 4. ⁊ quadratũ a c in c b. 12. ⁊ rurſus quadratũ a c in c b. 12. q̃ vltima quattuor ſil' iuncta: faciũt. 64. quibꝫ equatur quadratũ primũ qđ ſit f g a b. ex quo cõcludit̃ ꝙ parallelograma duo totiꝰ per que tranſit diameter ſunt ambo quadrata. Valet hoc theorema ꝓ intellectu theorematis ſeptimi de triangulo.

De circulo theoremata. Cap. XIX. Ma.

De circulo hec ponunt̃ theoremata. Primũ. Circulus quoꝝ diametri eq̃les fuerint equales eſſe neceſſe eſt. vt ſũt circuli a ⁊ b. Secũdũ. Circuli ꝓpoſiti facile eſt centrũ reperire. Di. Quo ingenio? Ma. Iſto. Sit circulus datꝰ a b c. cuiꝰ centrũ querit̃: duc in circulo vbi placuerit lineã a c. applicãtẽ extremitates ſuas circũferẽtie ex vtraqȝ pte: quã diuide ꝑ duo equalia in puncto d. a quo duc lineam ꝑpendicularẽ ad lineã a c. cuiꝰ extremitates applicent̃ circũferentie ex vtraqȝ parte: quã rurſus diuide per equalia in puncto f qui ⁊ centrũ circuli eſt queſitũ. Vel aliter ſic. In circũferentia circuli dati ſigna tria pũcta: cũ quibꝫ opare: vt in quarto theoremate de puncto dictũ eſt. Tertiũ. Circuloꝝ ſe ſecantiũ centra ſunt diuerſa: nec alter alterũ plus q̃ȝ in duobꝫ locis ſecare poteſt. vt patet in circulis a b c ⁊ d e f quoꝝ primi centrũ eſt k. ſecundi eſt l. ⁊ interſecant ſe in punctis m n. Quartũ. Circulus intrinſecus circulum cõtingens: nõ idem centrũ cũ eo quẽ contingit neceſſario habebit. vt patet in circulis a b c ⁊ d e f quoꝝ primi centꝝ eſt o: ſecũdi e. Quintũ. Si circulus circulum contingat: ſiue intrinſecus: ſiue extrinſecus in vno tm̃ loco contingere neceſſe eſt. patet primũ in circulis iam proxime datis. ſecundum videbis in circulis a ⁊ b: qui ſe contingunt in puncto c. Circulus aũt circulũ contingit quẽ tangendo non interſecat. Vnũ vero circulum ſex equales poſſunt contingere. et ſphere duodecim vnã equalẽ cõtingere poſſunt Sextum. Angulus a linea recta ⁊ circulo quẽ contingit cõtentus oĩm acutorum eſt acutiſſimus. Is vero qui continet̃ a diametro ⁊ circumferentia oĩm acutoꝝ eſt ampliſſimꝰ. patet in circulo dicto. a. quẽ cõtingit linea e f. erit angulus o acutiſſimꝰ: ⁊ angulus p. oĩm acutoꝝ maximꝰ. ⁊ quãto circulus maior fuerit: tanto angulus cõtingentie minor. ⁊ quãto circulus minor fuerit: tanto angulus cõtingentie eſt maior. ſupplementum huius eſt ſupra in vltimo theoremate de angulo. Di. Quã lineã circulum contingere dicis? Ma. Que cum circulum contingit in vtrãqȝ partẽ erecta circulũ nõ ſecat. Septimũ. Si intra circulũ angulus ſupra centrũ cõſiſtat. aliꝰ ꝟo ſupra circũferentiã cõſiſtẽs eãdẽ baſim habeat: q̃ ſupra centrũ ẽ ad reliquum duplus eſt. vt patet in angulis a b



quorū angulus a duplus est ad angulū b ⁊ habēt basim cōmunē.d c. Octauū.Angulus rectiline⁹ semicirculi sup arcū ꝯsistens rectus est:in portione ꝟo semicirculo minore:maior:in portiōe aūt maiore recto minor ē. vt ptȝ de angulis a b c quoꝝ angul⁹ a:est rect⁹.angulus b recto minor ⁊ angul⁹ c recto maior. Nonū Omniū duoꝝ circuloꝝ est ꝓportio vni⁹ ad alterū sic quadrati diametri vni⁹ ad q̄dratū diametri alteri⁹ vt patet in circulis a ⁊ b qui sunt in ꝓportione dupla.Decimū. Arcū datū hoc pacto ꝯtingit:ꝑ equalia diuidere.sit arcus diuidēdus a b c cui⁹ chorda est b c pone pedē circini imobilē in pūcto b. extēde aliū vsq̄ ad arcū sup quē portionē describas:arcū datū intersecantē quo facto:pone pedē circini imobilē in c ⁊ aliā portionē dictā itersecātē describas:⁊ pūctus intersectionis erit: in quo arcus dat⁹ est ꝑ eq̄lia diuisus.Undecimū.Omnis trianguli equilateri.quod a latere vno quadratū describit: triplū est q̄drato dimidij diametri circuli:a quo triangulus ip̄e circūscribit.vt sit circulus a b c ⁊ triangulus inscriptus sib a b c. Dico q̄ q̄dratū lateris b c triplū est ad quadratū d e.

De figurarum inscriptione theoremata. Cap.XX. Di.

Cum plura de āgulis lineis aut supficieb⁹ dare posses theoremata? Ma. Possem:sed ea oīa ponere nō tā necessariū esset ad intentionē nostrā q̄ laboriosū. Nā ea tm̄ tradere placuit q̄bus ad praxim immediatius vti cōueniet: ad quā etiā figuraꝝ inscriptio deseruiet.Ob id de ea q̄ theoremata quedā ponēda sūt.Di. Attamē primū edicito:q̄ supficies alteri inscribit? Ma. Que latera ei⁹ cui inscribit vnoquoq̄ anguloꝝ suoꝝ intrinsece ꝯtingit Circūscribit ꝟo figura figure cuius latera:eius cui circumscribitur oēs angulos ꝯtingit.vt patet in triangulis a b c ⁊ d e f quorum primus circūscribit scđo ⁊ secundus inscribit primo. Di. Nūc si q̄ habes theoremata dicas? Ma. Primū est tale. Intra datū triangulū potest circulus inscribi. Di. Quō? Ma. Illo sit triangulus a b c cui⁹ latus a,b diuidas ī duo equalia in pūcto e.a quo ducas lineā rectā in angulū c. rursus diuidas latus a c in duo eq̄lia in pūcto f.a quo linea recta ducta in angulū b secabit lineā e c in puncto d q̄ erit centrū circuli inscribēdi.Secundū dato trigono orthogonio: h̄ pacto ꝯtingit circulū circūscribere.Sit trigon⁹ a b c:cui⁹ angulus rectus a erit b c latius lōgius qđ diuidas in duo equalia in pūcto d q̄ erit centrū circuli circūscribēdi.Tertiū dato trigono oxigonio circulū circūscribere possumus h̄ mō. sit triangulus a b c. cui⁹ latus a b diuidat in puncto e. a quo ducat linea recta in angulū c. Et rursus diuidat lat⁹ a c ī pūcto f.a quo ducta linea recta in angulū b secabit lineā e c.in pūcto d q̄ est centrū circuli circūscribēdi:⁊ erit q̄dratū cuiuslibȝ lateris trigōi īscp̄ti triplū ad q̄dratū dia







metri dimidie circuli circũſcripti: quod facile probat̃ ex theorema
tibus de trigono. Quartũ dato trigono ampligonio circulũ circũ
ſcribere poſſumꝰ: hoc pacto ſit trigonus a b c. cuius angulus a ob
tuſus erit latus b c lõgius: qḋ diuidat̃ in duo ęq̃lia in pũcto h.
per quẽ et angulũ a. ducat̃ linea a h f. dupla aut̃ maior line ę a h.
Rurſus diuidat̃ latus a c. i duo eq̃lia in pũcto e a. q̃ quo ducat̃ p
pendicularis: donec interſecet lineã a h f. in pũcto g. q̃ erit centrũ
circuli circũſcribendũ. Quintũ dato circulo trigonũ orthogoniũ
inſcribere: erit diameter circuli dati latus lõgius ãgulo recto op/
poſitũ: ⁊ medietas ſemicirculiꝰ angulus rectus. Dato vero circlo ſi
trigonũ ampligoniũ inſcribere placuerit: erit corda portionis mi
noris latus angulo obtuſo oppoſitũ: ⁊ medietas arcus angulus ob
tuſus. Si aũt dato circulo trigonus exigonius inſcribẽdus fuerit
diuidat̃ circũferẽtia in tria ęq̃lia: ⁊ puncta diuiſionis erũt angu/
li trigoni exigonij: a quibꝫ latera ſunt ducẽda exẽpla patent in. ij.
iij. ⁊. iiij. theorematibꝫ p̄dictis. Sextũ non modo circulũ trigonus:
ſed q̃dratus põt inſcribi Di. Quo ingenio? Ma. Sit circulus
a b c d. et centꝝ e. p qḋ ducã duos diametros ſe orthogonaliter in
terſecantes: quaꝝ extremitates erunt anguli q̃drati: a q̇bus ꝓtra/
ctis lateribꝫ emerget quadratũ quęſitũ. Septimũ. Intra datũ
quadratũ contingit circulũ inſcribere. Di. Quo pacto? Magi.
Sit q̃dratũ a b c d. diuidat̃ vnũquodq̧ latus in duo ęq̃lia in pũ
ctis e f g h. a quibꝫ ducant̃ due linee interſecantes ſe orthogonali
ter in k. qui eſt centrũ circuli quęſiti. Octauo. Circa ꝓpoſitũ circu/
lum quadratũ deſcribere. vt ſit circulus datus a b c d. cuius cẽtꝝ
e. per qḋ duco duos diametros interſecantes ſe orthogonaliter: a
quarũ extremitatibꝫ duco lineas orthogonales ſeſe tangentes in
punctis f g h k. quadratũ circa datum circulũ cõſtituentes. Nonũ
Circa datũ quadratũ circulũ deſcribere: ſit quadratũ a b c d. ꝑdu
cam in eo duos diametros interſecãtes ſe in puncto e. qui erit cẽ/
trum circuli circũſcripti. Decimũ. Intra datũ circulũ penthagonũ
equiangulũ deſcribere. ſic circulus cuius centrũ f. diuidat̃ eius cir
cumferẽtia. in. 5. equalia: in punctis a b c d e. que lineis cõiuncta
penthagonũ quęſitũ conſtituũt. Et ſi ab angulo a. in angulum c.
Et rurſus ab angulo b in e. rectã lineã duxeris: quęlibet harũ al
terã diuidet ſ̄m ꝓportionem habentẽ me
dium: ⁊ duo extrema: ⁊ maior ꝓportio la/
teri penthagoni ęqualis erit. Undecimũ
Circa circulũ datũ penthagonũ equian/
gulũ deſcribere: ſit circulus cuius centrũ
f. cuius circũferẽtia diuidat̃ in. 5. ęqualia
in punctis. a b c d e. tractis totidẽ a cen
tro ad hęc puncta lineis: ſup q̃s ſingulas
ꝑduco orthogonales ſeſe in pũctis g h k l
m. cõtingentes: atq̧ penthagonũ quęſitũ
cõtinentes. Duodecimũ. Intra penthago



num datum circulũ deſcribere. ſit penthagonus a b c d e. cuius la
tus a b. diuidat̃ in duo ęq̃ in pũcto h. a quo ducat̃ linea recta in
angulũ d. Rurſus diuidat̃ latus b c. in puncto g. a quo ducat̃ li/
nea recta in punctũ e. hęc interſecabit lineã h d. in puncto f. qui

p











est centr̄ circuli inscribendi. Et eo ingenio alias q̄scunq̄ multiangulor̄ figuras circulo: ⁊ rursus circulum ipsis: ⁊ insup figuras angulares angularib⁹ inscribere aut circūscribere liq̄de dinosces.

Theoremata de corpe. Cap. XXI.

Di. Anc q̄dē vt ais figuras planas planis inscribere ⁊ circumscribere ex dictis intelligo: figurar̄ adiutus descriptione: de corporibus vero an idem sit iudiciū: necne nondum accepi: quapropter ⁊ corporū si que habes theoremata subiungas. Ma. Corporū theoremata varia ⁊ q̄dem perpulchra sunt: at vero in plano (quemadmodū supficies) describi non possunt: difficillimū est intellectum in mathematicis minus bene visitatum eiusdē speculationes posse prima fronte apphendere. Tuis tamen semp acq̄escens peritionibus: de regularib⁹ saltem aliqua ponam theoremata. Primū. tm̄ regularia ⁊ non oīa loci sunt repletiua. Di. Assentio minime. Magi. Quapropter? Di. Qr omne corpus in loco est. ⁊ eū in q̄ est replet. ⁊ ab eodē circumscribit. Ma. Uerū q̄d argumentaris de repletione phisica (de qua in naturalib⁹) non autē de repletione mathematica: circa quā hec nostra versat disceptatio. Di. Quid est replere locum mathematice? Ma. Replere locū mathematice dupliciter ɔtingit. s. ꝑm supficiē: ⁊ ꝑm corpus. Replere aūt locum ꝑm supficiem: est totum spacium circūstans aliquē punctum in supficie plana supficiebus occupare. tale aūt spaciū cum q̄tuor rectos valeat angulos (vti visum est in secūdo theoremate de angulo) ab his tm̄

Sex ysopleuri

supficiebus repletur: quarū aliqui anguli iūcti quatuor rectos valent. vt sunt Trigonus: Tetragonus: ⁊ Hexagonus. vnde sex triāguli Isopleuri: quatuor Tetragoni: ⁊ tres Hexagoni locum replent. vt p̄z in figuris. Di. Quid est replere locū ꝑm corpus? Ma. Est circa punctū in corpe constitutū totum spaciū vndequaq̄ adimplere: ex quo claret hoc corpus solum locum replere: q̄d scd̄m angulū suū solidum aliquotiens sumptū circa punctū vnum: totū spacium vndequaq̄ occupabit. vt est videre in cubis: quorum octo angulariter iuncti locū replent corpaliter. Di. Quid de alijs regularibus corporibus? Ma. Cetera corpa regularia locū non replent: pyramide dempto. de quo non parua inter mathematice pfessores disceptatio fuit: ⁊ adhuc sub iudice lis est. Nam q̄dam pyramides duodecim. alij viginti. nonnulli autem vigintiq̄tuor locū replere demōstrare conati sūt. At vero qui mathematice dogmata rimant subtili⁹ astruere nitunt pyramidē regularem: quotiēscunq̄ multiplicatā loci continentiā localem non posse replere. De his tamen ad p̄sens me (quia p̄ma traditurus sum rudimenta) admonuisse magis q̄ demōstrasse sufficiat. Ad reliqua transeamus.


Quatuor Tetgon

Tres Exagoni

De inscriptione mutua regulariū corpor̄: Et de inscriptione omniū regularium vni ⁊ eidem sphere. Cap. vltimū.

Ma.

Ecundū de corporibus theorema est tale. Corpora regularia a se invicem ⁊ a sphera sunt circumscriptibilia. Di. Que possunt inscribi pyramidi? Magi. Tantū octohedron. Et rursus ipi octohedrō pyramis ⁊ cubus possunt inscribi. Cubo vero inscribit̄ octohedron. ipi autem icohedron omnia preter octohedron inscribunt̄. Quod quidem facilius deprehendes: si latera corporum ex arte poteris fabricare hoc pacto. Sit diameter sphere: cui inscribenda sunt corpora regularia a b. que dividant̄ in duo equalia in d. ⁊ rursus a b. in tria equalia in c. itaq̄ a c sit dupla ad c b. ⁊ opposito pede circini in d. linee̅t semicirculus. cuius a b. sit diameter sive chorda. Et ducant̄ linee perpendiculares a punctis d. et c. ad circumferentiam que sunt d f. et c e. ꝯm doctrinam quarti theorematis de linea. pducatur linea recta ab a ad e. que erit latus pyramidis. Similiter ducat̄ linea recta ab f. ad b. que erit latus octohedron. Sic q̄q̄ linea recta ducta ab e. ad b. erit latus cubi. q̄ si dividat̄ ſm ꝓpositionē habentē mediū: et duo extrema: ſm theorema octavū de linea in puncto p. maior portio. f. p b. erit latus duodechedrō. Rursus dividat̄ d b. in duo equalia in m. a quo pducat̄ linea ꝑpendicularis que sit m n. ⁊ a puncto n. ducat̄ linea recta ad b. que erit latus icohedron. vt patet in descriptione hic depicta. Horū vero corporū fabricatio exemplari potius que oculis subest: q̄ intellectuali libuit demōstratione demōstrare. quēadmodū iā vidisti. eadē ex papyro piuncta. Tertium. Omniū duarū spherarū est ꝓportio vni⁹ ad alterā tanq̄ sue diametri ad diametrū alterius ꝓportio triplicata. Hoc claret in spheris a b. ⁊ c d. Spherarū igitur quorū diametrorū ꝓportio est dupla: erit ꝓportio octupla. Quartū. Omnis columna: sive sit laterata: sive rotunda tripla est ad suā pyramidē. Unde si colūna habet eris libras. 30. pyramis sua habebit tm̄ libras decem. Quintū. Aequa corpora sunt atq̄ similia: quorū terminales superficies numero ac q̄titate aequales sunt: atq̄ similes. vt sunt duo cubi bipedales. Sextum. Corpora similia sunt que similibus superficiebus et numero equalibus continent̄. Unde quorūcunq̄ corporū rotundorū quorū axes suarū basium diametris sunt ꝓportionales: sunt similia. vt axes pyramidis a. dupla est ad diametrū sue basis e. Similiter axis pyramidis b. dupla est ad diametrum sue basis f. igit̄ pyramis a. sil'is est pyramidi b.





Libri. VI. in praxim Geometrie. Tract. II. Cap. Di.

Ex dictis nōdū intelligo q̄nā pacto aut ingenio terrā spaciūue terrae metiri possim: qḋ tm̄ Geometrie nomen visum est insinuare. Magi. Uerū dicis: nam tibi in prioribꝰ Geometrie gñaliora pncipia paucasq̄ eiusdē theorias ꝓposui. Iā vo q̄ te vi..latissimū eiusq̄ peculiarē dū scio de metiēdi mō pauca sub vulgari levitate. In pmis āt q̄d mēsura. ⁊ q̄. ei⁹ ptes pmittā.

De mensura et partibus eius. Cap.II. Disci.

Uid est mensura? Ma. Est cōplurium: inter se equaliū intervalloꝝ lōgitudo finita. Di. Partes mēsure q̄ sunt? Magi. Hę: miliariū: stadiū: actus; pes: semipes: palmus seu palesta: spithame: dichas: digitus: vncia. Antiquiores nanq̄ orbē in ptes ptes in puincias: puincias in regiones: regiones in loca: ⁊ loca in territoria: territoria in agros: agros in centurias: cēturias in iugera iugera in climata: climata in actus: actus in perticas. ⁊c. diuiserūt. Uias vo Latini per miliaria: Greci p stadia: Galli per leucas: Aegyptij per signes: Persi per asangas metiebant. Di. Miliariū qd est? Ma. Spaciū cōtinens in longū qnq̄ milia pedū: q̄ faciūt mille passus: a q̄bus miliariū dicit. Di. Stadiū quantū cōtinet? Mag. Octauā ptem milarij. s. pedes. 625. q̄ faciūt passus. 125. Leuca vero finit passib⁹ mille qngentis. Di. Actus q̄ntū habet? Ma. Actus triplex est. s. minimus: ⁊ continet in latitudine pedes. 4. in lōgitudine vo. 120. Actus duplicatus: et cōtinet in lōgitudine. 40. in latitudine vo. 8. Nōnulli vero actū duplicatum iugerū fecere: qd in lōgitudine. 240. in latitudine vero. 120. dicūt cōtinere. Hec iugeri in climata reqrit diuisio. cōtinet enī clima (vt aiūt) ex omī pte pedes. 60. itaq̄ ex vno iugero. 8. sunt climata. Di. Pertica q̄ntū cōtinet? Ma. Pertica. i. radius: vga est oblonga. 10. cōtinens pedes. a q̄bus decēpeda dicta est. Pertica vero dicit q̄si portica a portando. Di. Passus q̄ntum habet? Ma. Passus simplex habet pedes duos: ⁊ dimidiū. Sed passus duplex habet pedes. 5. Gradus pedes. 2. Cubitus pedē vnū: ⁊ dimidiū. Uel habet pedes. 2. Cubitus vero magnus habet pedes. 9. Talibus cubitis intelligunt nōnulli mensuratā archam Noe. Pes vero q̄tuor habet palmos. Semipes duos cōtinet palmos. Est aūt pes triplex. s. porrectus: contractus. ⁊ q̄dratus. Porrectus est pedalis mensura in longū ptensa. Contractus est pedalis mensura in longum ⁊ latū cōsiderata. Quadratus vero est mensura pedalis in longū: latum: ⁊ pfundum extēsa. Spithame aūt habz palmos tres. Dichas vero habet palmos duos. Di. Palmus quantū habet? Ma. Digitos q̄tuor. Palmus aūt maior: quē pprie Geometricū vocant: cōtinet lōgitudinē que est a radice indicis vsq̄ ad medium vnguis eiusdē digiti. Uncia aūt digitos tres habet Di. Digitus autem q̄tum cōtinet? Ma. Quatuor hordei grana per lata disposita Posuerūt aūt antiquiores non modo hec que dixi integra verū: ⁊ harum minutias. vt post digitū staterē. quadrantē. dragmā. scrupulum obulū. semiobulū. siliquā. punctū. minutū. ⁊ momomentū. Et has minutias varijs cōsignabant characterib⁹. His breuitatis causa (quoniā parū: aut nihil ad rem faciūt) obmissis mensuras dictas ad praxim applicabimus.











De trib⁹ modis mensurandi in genere. Cap.III. Ma.

Mensuris Geometrię cōsideratōnis q̄titas est linea. superficies. aut corpus. ob id q̄tum cunq̄ rerū metiendarū q̄titatis mensurā in rōne lineę: superficiei: aut corporis indagabimus. Mensurā aūt q̄ per lineā fit: eam ipsam voco: quę in longū: latū: ꝯ pfundū metit: de qua ea Geometrię ps est: quā altimetrā vocant: q̄ in sursū ꝛ deorsum: ꝛ illa quā planimetrā dicunt: q̄ in ante ꝛ retro: dextrorsum ꝛ sinistrorsum mensurat. quę aūt per superficiem fit mensura illa est: quę non superficierū longitudo ꝛ latitudo (qm̄ hęc per precedentem dephendit) sed q̄ta totius superficiei sit area lineis suis clausa inquirit. Mensuram vero quā per corpus fieri diximus hanc intelligas: q̄ cuiusq̄ corpis soliditas siue crassitudo dephenditur. De his p ordinē dictur⁹: de mēsura lineali exordiar

De mensuratōe lineaꝝ. Ca. IIII. Di.

Linearū mēsuratio q̄ fit ingenio: Mag. Et si lineaꝝ q̄titates p dictas in. ij. cap. mensuras dephendere possis: eas tn̄ non ad q̄scunq̄ res applicare facile est: ob id instrumētū aliud multo certius ex ea Euclidis ꝑpōne fabricabimus. Oim̄ duoꝝ trianguloꝝ quoꝝ anguli vnius: angulis alterius sūt ęq̄les: latera ęq̄s angulos respiciētia sunt ꝓportionabilia. Fiat igit̄ q̄dratū rectangulū. s. a b c d. sup angulos a b. duas pone pinnulas pforatas. vt p ipsas terminū rei mensurandę possis cōspicere. Fac ꝛ regulā in q̄titate diametri pdicti q̄drati: aut longiorē q̄ vocet̄ d c. ipamq̄ in puncto d. clauo subtili q̄drato infigas. Sup hanc etiā pinnulas duas pforatas pone. q̄ sint f e. Stabūt aūt dicte pinnule in eadē linea: silr ꝛ pinnulę q̄drati. ꝛ paratū est instrumentū in forma ista: cui si limbum q̄drantis in 90. gradus diuisum inscpseris: generale erit instrumentū: fere ad oīa ea q̄ vel per q̄drantē: vel astrolabiū inuestigari possunt vtilissimū ꝛ cōmodissimū rōne trianguloꝝ q̄s regula facit cū lateribꝫ q̄drati. latera q̄drati in gradus vel alias ptes ad placitū vtentis diuidi possūt. Si p hoc instrumentū lineę cuiuscūq̄ q̄titatem inq̄rere volueris: angulū a. ad lineę pncipiū ponas: per cui⁹ foramē ꝛ b lineę terminū cōspicias. ꝛ in h° situ instrumentū tuū figas: dehinc per pinnulas regule. s. f e. eundem lineę terminū pspicias: ipam regulā sursum aut deorsum voluēdo: donec terminū lineę porem videre possis



ꝛ punctū intersectionis lineę regulę: ꝛ lateris c b. aīaduertas: q̄ vocet̄ g. tūc enī hēbis triangulos duos. s. d a b. (ꝛ intelligo hic b in fīo lineę ꝯspiciēdę) et d c g. quoꝝ anguli vnius: angulis alteri⁹ sunt ęq̄les. vt oculis licꝫ videre. Erunt igit̄ latera ęq̄s angulos respicientia. vicꝫ c g. et a b. ꝓportionabilia.



Sicut eñ se habet c g.ad totũ a b.siue c d.ita se hꝫ a b.(vt stat in termino rei visę) ad a d.Quotiens igit̃ tota c b.vł c d.cõtinet c g.totiẽs a b.continet d.ex pͥmo theoremate de supficieb9.ꝛ vltimo de triangulis.Per hoc igit̃ instrumentũ altitudinẽ turris: pfunditatẽ putei aut vallis. longitudinẽ aut latitudinẽ campi.ꝛ insup oẽm lineã rectã potes metiri. Insup altitudinẽ ꝛ latitudinẽ turris valuę aut fenestre:alteriusue rei alio inuestigare si placet valeƀ ingenio. Di. Quali? Ma. Baculo: quẽ Jacob dicũt. Di. q̃lis is est bacul9? Ma. Accipiat̃ baculus cuiusuis lõgitudinis:quem in ptes eq̃les diuidas circa sectiones rimas aut foramina fabrices.dehinc baculũ paruũ mẽsure vnius ptis diuisionis p̃dictę facias: ꝛ patus est bacul9. Per quẽ si altitudinẽ rei cõsiderare placuerit:pone baculum paruũ in foramen vnius diuisionis vt placuerit.ꝛ baculũ verte.vt.s.extremitates baculi parui impositi sursum ꝛ deorsuꝫ tendãt.q̃ facto accedas aut recedas:donec p has extremitates rei cõspiciendę supiorem ꝛ inferiorem terminũ videas.ꝛ signa locũ stationis tuę.Dehinc baculũ paruũ de foramine p̃ore extrahas:ꝛ in p̃ximũ retro (si accedere volueris) aut ante (si retrocedere intendas) pone.ꝛ iterum accedẽdo ꝛ retrocedẽdo per extremitates baculi pui terminos rei visę cõspicias:locũq̃ȝ stationis illius signes.q̃ȝtum eñ est inter istam et p̃orem stationẽ:tanta est altitudo rei visę.Sic sił'i modo latitudinẽ inuestigabis:si baculũ ita vertas.vt extremitates baculi pui dextrorsũ ꝛ sinistrorsũ ptendant̃.Sunt et pl'a alia ingenia ꝛ instrumẽta: per q̃ ea quę dicta sunt inuestigant̃:de q̇b9 breuitat̃ tñ causa supsedendũ est.stilũ ad alia v̾tamus.

De mensuratione circũferentię circuli. Insuper et eiusdem diametri. Capitulũ.V. Discipulus.

Ossũ ne p instrumẽta dicta circl'i periferiã metiri? Ma. Nõ.sed tñ lineã rectã. Di. Quo igit̃ ingenio ip̃a venit metiẽda? Ma. Tali.Diameter circuli:cuius periferie q̃ȝtitatẽ si scire placuerit triplet̃.ꝛ triplato addat̃ septima ps diametri:ꝛcircũferẽtię emerget longitudo.Cõtinet eñ circũferentia diametrũ ter. ꝛ septimam eius partẽ.hinc est ꝙ si circũferentię vicesimãsecũdam ptem abstuleris:remanẽtis tertia pars diametrũ indicabit. Exm̃.Si diameter pedũ.14.triplet̃. ꝛ erunt.42. his addat̃ ps septima diametri.s.2.et erunt.44.circũferentię q̃ȝtitas. a q̃ si rursus ſ vicesimãsecundã ptem.s.2.abstuleris: relinquunt̃.42. quarũ pars tertia.s.14.diameter erit. Et hæc de pͥmo.scꝫ lineariũ mensuratione sufficiant.

nsuratione supficierũ: et primo cir
et semicircularis. Cap. VI. Di.

Ensuram linearũ intellexi sane: ad su
perficies nunc stilũ verte queso. Ma.
Faciam ac lubens: et de circulo oim su
perficierũ prima et regularissima exordi
um sumamus. Cuius si aream Emba
e podismum: quae omnia in proposito idem
nt. scz continentiã scire volueris: multiplica
tem circumferentie in medietatem diametri
um dabit aream. vt gratia exempli sit circu-
s circumferẽtia. 44. et diameter. 14. erit area
ducat diameter in sepductũ multiplicet pe

.ii.pducti decimaq̄rta pars erit area.Patet igitur si diameter
culi ad diametrū alterius dupla fuerit:erit area quadrupla.v
Di. Sed semicirculi area qualiter depchendit? Mag. Talit
tipliciter basis per semidiametrū pductū .rursus per.ii.ducat
decimaq̄rta pars aream dabit.vt sit semicirculus : cuius basi
midiameter.14.erit area.308.quod facile pbabitur:si area to
culi per modum dictum queratur.De hoc satis: ad reliqua p



De inuentione aree triangulo℞: primo de Jsopleuro. Capitulū.VII. Disci[.]

E triangulo igit nunc dicas:quē in supioribꝫ inter
es scd̄m locū obtinere volebas. Ma. Ita factitare i
et tamē oīa simul dicere non licet.In pmis de Jsopleuro:se
Jsochele:z demū ordine tertio de Scaleno dicere ppono. Di.
ri igitur quo pacto inueniēda est area? Ma. Illo:qm̄ eq̄ ba
ra:multiplicet latus vnū per aliud.et pducto tertiū latus add
qd̄ puenit medietas aream ondit. vt sit Jsopleurus cuius qd̄l
tus.28.habeat.erit area.406.per quam si latera cognoscere pl
ipam per octo multiplica.pducto vnitatē adde.totius latus ac
quo.i.deme:remanentis medietas quesitum ostendit.



De Jsochele et eius area. Cap.VIII.

J vo Jsochelis areā inq̄rere volueris: pmo cathecū
li ingenio queras.multiplica basis medietatē in se:
rursus multiplica vnum latus in se:siue in aliud (q
lia sunt) et a pducto id qd̄ prius seruandū tradidi
has remanētis latus quadratū cathecū dat:quasi per bases m
tem multiplicatus fuerit:aream Jsochelis ostendit.vt sit Jsoc
ius basis sit.14.qd̄libet latus.25.erit cathecus.24.z area.168.



De Scaleno z eius speciebus. Cap.IX.

Caleni area qua via dephendit? Ma. Scalenus tres
spēs.vt ex dictis liquet.Sed harū aree non vna via su
uestigande.aliter enī ampligonij z exigonij:q̄ꝫ orthog
rea querit. Di.q̄liter inq̄renda est area ampligonij.
Taliter.multiplicet basis medietas per cathecū : z pductū dab
Ad inueniendū aūt cathecū:optet pus pcisurā vel eiecturā mi
quo sequit modo inuenire.multiplicet minus latus in se : z fi
in se ducat:z summe pducte addant simul. Rursus multiplice
mediū inter maius z minus in se:z pductū a sūma dicta abst
remanētis medietas accipiat:a q̄ ps vna sm basis denoīatōen
ta eiecturā siue pcisurā ondet.hoc est inuēta medietas per ba
uidat:z numerus q̄tiens eiecturā ondet.Qua habita cathecū
ras.multiplicet minus p se vt pus:z a pducto id qd̄ ex ductu
in se euenit auferat remanētis latus q̄drati cathecus est. E
de ampligonio.sit ampligonius cuius min⁹ latus sit.15.mediū
sit.20.basis sit.25.erit pcisura.9.z cathec⁹.12.z area.150.In oxigon
plicet minus latus in se z basis in se et a sūma ambo℞ subtra





ductum ex multiplicatione maioris lateris in se reliqua. vt in ampligonio. Exemplū sumas de oxigonio tale sit oxigonius cui⁹ latus minus sit. 13. mediū lat⁹. 15. basis xo. 14. erit p̄cisura. 5. cathecus. 12. area vero. 84.

De orthogonio & eius area. Cap. X. Ma.

Orthogonij vero aream si inuestigare libuerit: videat cathec⁹: qui si fuerit par: medietas ei⁹ in se ducat & pducto si vnū addas: habebis hipotenusam. si xo. vnū a pducto auferas basim cōstitues: medietas vero basis p cathecum ducta: areā pandit. Exemplū sit orthogoni⁹ cuius cathecus sit. 8. erit hipotenusa. 17. basis. 15. area vero. 64. Si aūt cathecus impar fuerit totus in se ducat: a pducto si vnū auferas residui medietas fit basis. Si vnū pducto addas ex residui medietate hipotenusa prodiet: idem fit si basi vnitatē addes: rursusq̧ basis medietas p cathecū ducta areā ostendet. Exemplū huius est tale: sit orthogonius cuius cathecus sit. 5. hipotenusa erit. 5. basis. & area. 6. Di. Si sane intelligo basis hipotenusa: & area per cathecum inueniunt. Pono q̧ cathecus ignotus sit p quod medium reperitur? Ma. Per tale multiplicet hipotenusa in se: & a pducto id quod ex ductu basis in se prouenit subtrahe: & remanentis latus quadratū cathecus erit.



De podismo diametri circuli orthogonio inscripti. ca. XI. M.

Contingit nōnunq̧ orthogonio circulū oīa eius latera tangentē inscribi: cui⁹ si diametrū: p̄ter ea q̄ in supioribus de circulo dicta sunt: podismare volueris: cathecū basi adiungas: a pducto hipotenusā subtrahas: & qd remanet diametrū circuli manifestat. Di. Exemplū huius subijcias Ma. Sit orthogonius cuius cathecus sit. 8. basis. 15. hipotenusa. 17. diameter erit. 6.



De quadrangulis superficiebus & primo de tetragono equilatero. Capitulū. XII. Di.

Trigonoꝝ podismalē speculationē (ni fallar) sane intellexi nūc de tetragonis metiendis si qd habes in mediū feras? Ma. Tetragonoꝝ p̄mus est equilaterus: cui⁹ si areā h̄re volueris latitudinē p longitudinē ducas: & pductū areā dat. 8. Di. Exēm da. Ma. Sit tetragonus cui⁹ quodlibet latus pedes habeat area. 64. cōtinebit. Diametrū aūt ei⁹ si h̄re volueris: multiplica vnū lat⁹ in se & pductū dupla: duplati radix q̄drata erit diameter. Erit itaq̧ diameter dicti quadrati pedū. 11. minutoꝝ. 20. fere. In om̄i nāq̧ operatione cum radix surda sit: ita q̧ in integris precise haberi non possit: residuū in minutijs phisicalib⁹ querendū est. In sensibil' aūt diffe excessus tādē negligi possunt.



De quadrato circulo equali. Ca. XIII. Ma.

Sicut aūt circuli q̄dratura in supioribꝫ demōstratiōe intellectuali ex phōꝝ dictis ostendit: sic & ipā in praxi p̄senti manifestare eēt possibile. Di. Quō? Ma. Si aree circuli dati radicē accipias: lat⁹ q̄drati circuli eq̄le repies qd facile pbabit. nā area q̄drati illi⁹ aree circuli eq̄le erit. vt sit circulus cui⁹ diameter. 7. erit. radix aree. 6. pedū minuta. 12. secūda. 17. tertia. 25. &c. Sic p̄silr circulū q̄drato eq̄lem poteris fabricare. Multiplicet lat⁹ q̄drati p se pductū

rursus multiplicet p.14. pductū illi⁹ dimidiatū p.11. denoīationis: radix erit diameter circuli equalis q̄drato p̄dicto. Sic mō cōsimili excessum q̄drati supra circulū sibi inscriptū si scire placuerit: areā circuli ab area quadrati inscribentis subtrahe: quod relinquit excessus erit. Sic ꝛ excessum circuli quadratū inscribētis reperies si ab area circuli q̄ttuor quattuordecime subtrahant̄ residuū erit area q̄drati circulo inscripti.

De tetragono altera parte longiore. Cap. XIIII. Ma.



Tetragoni altera pte longioris ꝛ rectanguli qd̄ etiā parallelogramū rectangulū dicit̄ embadū habere si placuerit: latitudinē in longitudinē ducas ꝛ productū embadū ostendet. Di. Exemplū hu⁹ apponas. Ma. Sit tetragonus cuius latitudo sit .4. Longitudo vo .8. embadū erit .32. Di. Diameter illi⁹ quali rōne deprehendit̄. Ma. tali. Multiplica longitudinē p se ꝛ sil'r longitudinē in se ducas: sūmas ambas addas. ꝛ totius pducti latus quadratū aream dabit. vt sit tetragonus cui⁹ latitudo .60. longitudo .80. erit diameter .100.



De Rombo. Capitulū. XV. Di.



Rombi vo area quali mō dep̄hendit̄. Ma. tali. quo sequit̄ medietatē diametri vnius p totā aliā diametrū multiplica: ꝛ qd̄ puenit area est. vt sit Rombus cuius quodlibet latus habeat pedes .10. diameter longior .16. diameter breuior .12. eritq̄ area 96.



De Romboide. Cap. XVI. Ma.



Odismū vo Romboidis si placz iuestigare diuide romboidē in duos triāgulos p lineā diagonalē hoꝝ areas quære p supradicta de triangulis: que iūcte ostendunt areā Romboidis. vt in exemplo hic adscripto.

De Trapezijs. Capitulū. XVII. Ma.



Reliquoꝝ quadranguloꝝ quos in supioribꝫ trapezia id est mensulas noīauimus areā ita reperies: verticē basi iungas pducti medietatē sumas: hāc p cathecū multiplica: ꝛ pductū dabit aream. Di. Exemplū addas. Ma. Sit tripeziū cui⁹ vertex .15. basis .45. cathecus .30. erit area .900. Et hec de q̄drangulis dicta sint. restat vt de pentagonijs ceterisq̄ poligonijs disseramus.

De pentagoni area. Cap. XVIII. Di.

Pentagonus qua rōne metit̄? Ma. Pentagoni equilateri areā si hr̄e cupis: multiplica vnū latus in se ꝛ pductū triplica triplato vnū latus detrahe remanentis medietas pandit areā quesitā. Di. Hoc p exemplū pba. Ma. Sit pentagonus cui⁹ qd̄libet sit latus .7. (erit area .70.

De Hexagono. cap. XIX. Di.



Hexagoni aūt areā tali inuestigabis via. Nā si Hexagonus equilaterus sit. vnū latus in se multiplica pductū q̄druplica: a q̄druplicato vnū latus hexagoni

bis subtrahe remanentis medietas ostendit quesitũ. Di. Huius exemplũ adde. Ma. Sit hexagonus cuius om̃e latus sit octo. erit area.120.

De Heptagono. Capitulũ.XX. Ma.

Eptagoni vero summã aree si inquiris: latus vnum in se multiplica: productũ quintupla: a producto vnũ latus ter subtrahe: remanẽtis medietas dabit areã. Di. Exemplũ adijcias. Ma. Sit heptagonus cui⁹ quodlibet latus sit.6. erit area.81.

De octogono. Capitulũ.XXI. Ma.

Octogoni aũt areã facile deprehendes: si latus vnũ in se duxeris: productũq; per.6.multiplicaueris: et ab illo producto vnũ latus quater abstuleris. nã in remanentis medietate areã videbis. Cuius exemplũ sumas tale sit octogonus cui⁹ quodlibet latus sit octo erit area.176.

De nonagono. Cap.XXII. Ma.

Consimiliter quoq; et nonagoni areã reperies: si latus vnũ in se produxeris productumq; per.7. multiplicaueris: a producto hui⁹ latus vnũ quinquies subtraxeris: tunc enĩ remanentis medietas areã pandit quesitam. Di. Huius exemplũ subijcias. Ma. Sit nonagonus cuius quodlibet latus sit.6.erit area.111.

De Decagono. Ca.vicesimũtertiũ. Ma

Hic et decagoni pariformi via areã reperies: si latus: vnũ per se multiplicabis: productũ per.8. duxeris: a producto illo lat⁹ vnũ sexies subtraxeris: remanentis medietas quesitũ pandit. Di. et hui⁹ exemplũ ponas. Ma. Sit decagon⁹ cui⁹ latera singula.10. sint insignita erit area.370.

De reliquis poligonijs. ca.XXIIII. Ma.

Idem de ceteris poligonijs si feceris: absq; errore singulorũ areas inuestigabis: hac seruata lege: vt numerorũ ordinẽ naturalẽ custodias in multiplicãda vni⁹ lateris sũma et in hac q̃ excrescit augmentãda laterali q; subducẽda: cũ enĩ hec feceris: semp remanẽtis medietas areã dabit. Di. Quis est et ordo natural⁹? Ma. vt si in pẽtagono sũma vni⁹ lateris in se ducti per ternariũ aucta est sic in hexagono per q̃ternariũ: in heptogono per q̃narium etc. Sic seq̃ns per senariũ reliq̃ per septenariũ augẽda est pariformit et seq̃ntiũ poligoniorũ per seq̃ntes augẽde sũt nũeros. Sic et in lateris subtractiõe si in pẽtagono lat⁹ semel subducit in hexagono bis ita in sequentibus in nũero ascendendũ est ordine naturali. Di. Capio sane.

300

De podismo spherice supficiei.c.XXV. Ma.

De supficierũ planarũ ac rectarũ podismis sat dictũ sit ad curuas trãscam⁹. Et primũ de area spherice supficiei: quam quidã circuli mauriturã noiãt: exordiamur. Di. Qua via dephendi pot. Ma. Tali: accipias circulũ equalis diametri cũ sphera cui⁹ supficiem podismare volumus.

hui⁹ circuli diametrū in eiusdē periferiā ducas: ꝛ qđ ꝓducit erit area sup
ficiei sphere quesite siue circuli mauritura q̄ semꝑ q̄druplex est ad areā cir
culi vt sit circulus cuius diameter sit.14.erit eius periferia.44.eritq̧ area
superficiei sphere ęqualis diametri.616.

De podismo superficiei montuose. Cap.XXVI. Ma.



Si aūt montuose superficiei areā habere placuerit
verticis circuitū cōsidera.ꝛ silr pedis ꝛ ascensus q̄
facto iungant circuitus pedis ꝛ verticis ꝓducti
medietatē accipe: quā ꝑ ascensum multiplica ꝛ ꝓ
ductū ostendit quesitū. Di. Exemplū subiūgas? Ma. Sit
mons cui⁹ verticis circuitus sit.800.pedū.circuitus pedis sit
.1000.pedū.ascensus vero sit.800.pedū.erit area toto.520000.
pedū. Di. Quid aūt si mons in circuitu verticis medie
taris ꝛ pedis multū discrepauerit:ita vt quasi pyramida
liter ascēdat? Ma. Hoc pacto areā eius accipias. Colli
ge numerū circuitus pedis medij ꝛ verticis in sūmā vnā:
cuius tertiā partē per ascensum multiplica:ꝛ patebit q̄si
ta area.vt sit circuitus pedis sit pedū.2500.circuitus medi
us.1600. circuit⁹ verticis.100. ascensus ꝟo.2000.erit area.
2800000.pedū.Si aūt mons in ascensu silr ꝛ in circuitib⁹
inequalis fuerit alia via ei⁹ indaganda est area. Di.
Qua? Ma. Illa:iunge circuitū pedis circuitui verti
cis ꝓducti:accipias medietatem:sic ascensus colligas
collecti medietatem sumas: hanc per priorem medie
tatem multiplica ꝛ productū aream dabit. Di. Ex
emplū addas? Ma. Sit mons cuius verticis circui
tus sit.200.circuitus pedis.1400.ascensus longior.850
ascensus breuior.750.erit area.640000.



De diuisione superficierum quarūcunq̧ in actus vel iugera. Cap. vicesimumseptimum. Ma.

Superficies itaq̧ notas:si per actus aut iugera alias sue mēsuras
partiri volueris longitudinē ꝛ latitudinē mēsure tue in se mul
tiplica: ꝛ habebis mensure cui⁹ latera multiplicasti:pedes siue
aream:per hanc pedes superficiei diuidende diuide ꝛ numerus
quotiēs dabit quesitū.erunt itaq̧ iugera primi montis.18. ꝛ restant pedes
mille ꝛ sexcenti.secundi montis iugera erunt.24.restantib⁹ pedibus.88000
pedibus.Jugera montis tertij erunt.22. restantibus.6400.pedibus. Hęc de
mensura superficierū:ad corpora transeamus.

De crassitudine siue soliditate sphere. Ca.XXIX. M.

Mensura quā secūdū corp⁹ fieri diximus: corporꝫ soliditates ꝛ cras
situdines inq̄rit: vt quot scꝫ pedes q̄dratos corpis magnitudo
ꝯtineat. Hui⁹ vt aliqualē cognitionē accipias:d q̄busdā corpib⁹
praxim subijciā ꝛ ꝑmo de sphera.Sphere igit soliditatē si inq̄rere volueris
diametrū ei⁹ cubes(idest semel in se ducas q̄drate:ꝛ ꝓductū rursus ꝑ dia
metrū multiplica)hoc vero cubū sphere crassitudinē excedit: quē excessū si
abieceris:sphere soliditas relinq̄t.Excessus aūt tali patebit via.diuide cubū



per.21.pductũ in.10.ducas. et habebis excessum quesitũ vel diametrũ cubes:pductũ p.11.ducas:totiusq; sũme.21. pars dat sphere soliditatẽ.sic etiã excessus p.11.duct⁹ dabit idẽ. Di. Exemplũ addas. Ma. Sit sphera cuius diameter sit.7.erit cubus.343.excessus.163.2 i
crassitudo vero sphere.179.2 2. 5
3

De soliditate cubi Cap. XXIX. Di.

Ubici autem corporis quo ingenio soliditatem inquiris? Ma. Tali cubetur latus unum:et habetur ppositum. Di. Exemplum adiungas. Magister. Si cubus cuius omne latus sit. 7.erit crassitudo.343.Est aũt omnis cubus tetragona columna.

De columnarũ spissitudine. Cap.XXX. Di.

Corporis colũnaris qua via grossicies inqrenda est Ma. Tali Inquiras areã latitudinis hanc in longitudinẽ ducas 2 habebis quesitũ.vt sit corp⁹ qdrangulũ latitudinis.4.2 lõgitudinis 12.erit ei⁹ crassitudo.192.Et h̃ pacto qntitatis putei vel etiã vasis pleni repe ritur. Ex quo etiã facile cõcludit:si dolij aut columne diameter fuerit duplex ad diametrũ alteri⁹: eiusdẽ lõgitudinis area corpis diametri maioris erit qdruplex ad areã corporis diametri minoris. Si vero corp⁹ min⁹ in duplo sit lõgius:erit mai⁹.ad min⁹ duplũ.Si aũt min⁹ in qdruplo lõgius fuerit erũt illa duo corpa aree eqlis. Di. Si aũt supficies latitudinis in vna corpis extremitate maior fuerit q̃ı aliã:quã recipiã supficiẽ? Ma. Nullã.sed oprtet ex ambab⁹ inuestigare.tertiã h̃ pacto.Subtrahe minorẽ a maiore habebis earundẽ differẽtiã cui⁹ medietate a supficie maiore subtrahe residuũ adde supficiei minori:2 pducti toti⁹ medietas dabit latitudinis supficiẽ:quã in lõgitudinẽ ducas 2 apparebit corpis soliditas. Di. Exẽplũ adducas? Ma. Sit supficies latitudis maior.36.2 minor.16.erit differẽtia.20. huiꝰ medietas scз.10. subtracta a.36.relinquũt.26.hec supficie minori scз. 16.addita.42.reddũt.Huiꝰ medietas scз.21. quesitũ corpis scз supficiẽ latitudinis q̃ si ducas.21.in.72.tũc.1512.emergũt. Per h̃ ingeniũ cuiusuis columne:siue rotunde aut angularis grossiciẽ inqras silr 2 vasoꝝ cõtinentiã repies. si ex supficie vni⁹ extremitates et pcise ex media supficiẽ cõem qsiueris: si saltẽ vas in medio maius q̃ in extremitatib⁹ fuerit. Et habita area dolij si eidẽ qdratũ in capacitate equale fabricare libuerit:latera qdrati secundũ quãtitatẽ radicis aree dolij in longũ 2 latum accipiant.

De mensuratione corpoꝝ pyramidaliũ .Cap.XXXI. Di.

Crassitudo pyramidal' corpis quo ingenio inqrit? Ma. Si crassitudinẽ pyramidis cuiuscũq; a supficie mltiangula eqliũ lateꝝ inqris Signatur area supficiei a q̃ surgit pyramis:h̃ inuenta duplet:pducto addat lat⁹ vnũ eiusdẽ supficiei:sũma mltiplicet p nueꝝ vnitate tm̃ vnũ latus supficiei trãscẽdẽte:pductũ diuidat p senariũ:2 nũer⁹ qtiẽs pyramidis dabit crassitudinẽ. Di. Exẽplũ adijcias. Ma. Sit pyramis ɔsurgẽs a supficie isopleuri cui⁹ quodlibet lat⁹ est.28.erit area ei⁹.406. erit crassitudo pyramidis.2660.ita pariformit opãdũ erit in pyramidib⁹ qdrilateris pẽtagonijs 2 alijs. Finis Geometrie practice.

Typus Astronomie

Liber Septimus de principiis

Astronomię. De enumeratione ꝛ ordine dicendorum. Tractatus primus. Capitulum Primum. Discipulus.

On ꝑfunctorie (quę accipi) Arithmetice Musicę ꝛ Geometrię ꝓncipia his dieb⁹ reuolui: ꝑlurimūq̄ harum theorematib⁹ delectat⁹ sum. Cōsiderans aūt Astronomiā de esse: quā in q̄druuij ꝑtitione q̄rto loco cōmemorabas: necessariū, duxi te ꝓcib⁹ pulsatū iri: ne alijs q̄ mox instabūt ꝓoccupat⁹ negocijs incōpletū q̄druuiū derelinq̄rem. Ubi eīm vis numerorum: vbi musicę mūdane (vt aiebas) cōcent⁹: vbi deniq̄ Geometricę demōstratiōes q̄ nō mō terrenorum: verū etiā cęlestiū corpm magnitudines demetiunt: si Astronomiā ꝑtermittas: Plurimū itaq̄ te obsecro: vt in enarrādis hui⁹ tā necessarie disciplinę ꝓncipijs hodiernū saltē diem absumas: Ma. Nec oīa istoc die in mediū ferrē: si vl' sol staret. vt quondā bellante indyto Judeorum duce Josue. aut decē gradib⁹ retrocederet. vt Ezechia de letali ęgritudine cōualescēte. Quis eīm toti⁹ mūdialis machinę vnitatē ꝑfectionē, figurā, ꝛ ꝑtiū eiusdē tā cęlestiū q̄ elementaliū naturas paucis ꝑstringeret: Quis orbiū mot⁹ aut syderū ortus ꝛ occasus, tempm discretiōes dierū ꝛ noctiū inęq̄litates facile sil' cōmemoraret: Di. Qd ergo nō vna decē aut tot quot sufficerit lucubrationib⁹ tradas. Indefessū eīm ego me auditorē exhibeo: rē ocius aggredere. Et in ꝓmis de rōne nois te absoluas.

Josue
Isaie.

De definitiōe, nois origie ac Astronomie ꝑmo inuētore. c. II. M

Plinius. vterq sexus non repit̄:ab auibꝫ semē deuoratū et egestū integ ū:si in rima
aristo. corticis ceciderit nōnūq pullulat.fitq vt in quercu:aliaue arbore cerusus
aut alterius generis planta reperiat̄.In his aūt que ꝑ surculi isertionem
in alieno stipite crescūt:natura stipitis in surculi naturā cōmutat̄.Sʒ his fi-
ambrosius nē faciamus Nā vt ait sanct' Ambrosi' in hexameron.li.5.ca.15.Inexplica-
bile est singulaꝝ rerum ꝓprietates exquirere.et vel diuersitates earū mani-
festa testificatione distinguere vel latentes occultasq causas indeficiētibus
aperire documētis.Et rursus.Quis aūt possit cōprehendere varietatem:
spēm gratiamq pomorum singularum quoq vtilitatem arborū: fructuū
succorumq proprietatem

De animalibus. Capitulum XXVIII. Dis.

D sequentis igitur ordinis mixta descendas. Mag. Que sequũtur quinti generis mixta animalia sunt irrõnalia: que in p̃nti q̃druplici ordine distinguim⁹. Sunt eñi quedã (vt ait scriptura) volatilia: quedã natatilia: quedam reptilia: ⁊ quedam gressibilia. Quorũ exordia ꝓpagationes ⁊ naturas in mediũ ferre ingeniũ vacillat: calamus repetet: et epitomatis breuitas nõ addmittit. Di. Saltem que iã ĩ ꝓmptu sunt verbis planis: succinctaq₃ orõne in vniuersali patefacias. Ma. Facile q̃dem tuis petitionib⁹ acq̃escerem: sed ea breuitate q̃₃ expetis et obscurus fio. ⁊ emulis quib⁹ me feriant iacula administro: verũtñ (non illis: sed tibi optime indolis adolescẽti in hoc epitomate obsequi statueram: vt petis p̃memorato ordine singula sub breuitate transcurram. Di. Probe

De volatibilibus ⁊ generatione ouorũ. Ca. XXIX. Ma.

Olatilia aues sunt: que alis seipas p̃ aera quo tẽdũt mouẽt. Hoꝝ ꝑmordiale exordiũ siłr a creatore est: qui disticta elementa ꝓ capacitate sua viuentib⁹ decorauit. aera quidẽ volatilib⁹: aquã natatilibus: terrã gressibilibus: ⁊ hec vtraq₃ reptilibus: ignẽ aũt q̇ ꝓpter sui debilitatẽ ⁊ siccitatẽ viuẽtibus habitaculũ p̃stare nõ põt: a viuenti aĩa nudũ reliquit. Di. Hec legislatoris historia pandit naturalẽ volatiliũ gñationẽ edocto. Mag. Volatilia q2 se in numero ꝯseruare nõ p̃nt (q̃niã corruptibilia sunt) ab auctore nature dicẽte. Crescite ⁊ multiplicamini ꝓpagationis vim acceperũt: qua se in specie cõseruẽt. Fit aũt hec ꝓpagatio ꝑ semĩs decisionẽ. vñ ⁊ in ip̃is sexuũ discretio est: ⁊ nos in sequẽtibus masculũ gallũ: ⁊ femellã gallinã appellabim⁹. His equidẽ duob⁹ coeũtib⁹ in matrice galline oua cõcipiunt. ⁊ ex illis pulli nascunt. primũ de ouis: demũ de pulloꝝ formatiõe tractabim⁹. Di. Qua vñ aut quõ generant? Ma. Ex spermate galline cuius ꝑs humidor ad extremitatis se expandit: ⁊ fit albumẽ terrestris vero ad centrũ se cõtrahit ⁊ fit citrina. ⁊ vitellus dici solet. ⁊ hec duo ꝓpter nature diuersitatẽ telis ꝑuis sepant In q̃busdã tñ ꝓpter caloris debilitatẽ colores hi disticti nõ sunt. vt in ouis pisciũ Ouũ cõceptũ calore matricis cui colligatũ est vegetat. donec ad cõplemẽtũ ꝑueniat. exinde vinculo quo matrici iungit rupto in lucẽ ꝓdit eo ordine. vt ꝑs acuta q̃ matrici adherebat vltimo exeat. testa in ventre mollis est: ne ꝑturiendo ledat mox aũt edita frigore durescit. Quantib⁹ nõ eadẽ est natura. nã q̃dã semel tñ in anno ꝑturiũt vt rapaces. quedã pluries vt colũbe. galline aũt domestice multotiẽs. ⁊ he cito deficiũt: qm̃ cib⁹ in sperma transit. Di. Scite hec dicta videt. Sed ad q̇d galli coitũ necessariũ arbitrare. cum ouũ ex solo galline (vt ais) spermate formet? Mag. Ut seminalẽ spm̃ imittat: quo ouũ ⁊ sustentat ⁊ fecunditatẽ accipit. Vñ gallina sine gallo ouans: aut ex inani alterius galline cõcubitu. aut osculo vel olfactu galli. vł flante zephiro oua q̃dẽ parit sed sterilia: que oua venti appellant. fit aũt hoc sepi⁹. nõ eñi gallina tñ q̃₃tũ gallus coitũ appetit. ideo multis gallinis gallus vnus sufficit.

De pulloꝝ ex ouis gñtiõe formatiõe ⁊ dr̃sitate. Ca. XXX. Ma.

Ua itaq₃ galli ꝯcubuit ꝯcepta a gallinis: nõnũq₃ a gallis interdũ alternati ab vtrisq₃ fouent. Albumẽ qđ calidũ ẽ ⁊ hũidũ ĩ q̃ ⁊ vis seminalis a gallo trãsfuso latitat. calore incubãt alteratur: ⁊ in triduo vel circa guttula q̃dã sanguinea in albumine v̇sus oui acumẽ apparet: ex qua cor pulli format. fitq₃ circa idẽ

vena magna in vmbilicos duos ramificata: quoꝝ alter ad telā vitelli. alter ad eā qua pullus cōtinetꝛ ptendit per ꝑmū pullo cibus de vitello ministratꝛ: reliquus secūdine deputatꝛ. Di. Subam igitꝛ pulli ex albumine: nutrimētū

De nutrimento pulli in ouo

vero ex vitello asseris. Ma. Sane. In argumētū huius accedit ꝙ vitellus cōtinue minuitꝛ. ꝛ si ꝙ residuū est nascētē pullū ī vmbilico seq̄tꝛ. vt statī natꝰ cibū habeat cōueniētē. in pfectis aūt iā vmbilicus nō apparet. Di. Nōdū nascentꝛ cōditionē: sed exurgētiū mēbroꝝ formationē q̄ro. Ma. In decem diebꝫ oīa mēbra pulli māifeste apparēt. ꝛ inter hec caput maximū. seq̄ntibꝫ decē fortificantꝛ ꝛ ordinatiusꝰ distiguuntꝛ. ꝛ a spū vitali singl'a viuificantꝛ. ita vt die vicesima pullus iā vociferare īcipiat. Hec aūt est positio ipius in matrice: vt caput s̄ pedē dextriū habeat: ꝛ ala dextra caput tegat. Omis m̄ī pedes nascitur ex acuta oui parte. Ex ouis aūt oblōgis galli: ex rotūdioribꝫ galline freq̄ntius gn̄atur. Di. Sed q̄d de ouis in quibꝫ nōnūq̄ꝫ duo vitel

Vultur. Phenix

li cōspiciuntur? Ma. Hec ex duplici coitu ꝑ aggregatiōem duoꝝ spermatū cōcipiūtur. Et siquidē fit tela vtrūq̄ꝫ distinguens gemellos: sin aūt pullū mōstruosum percant. Vultures aūt vt refert sctūs Ambro. in hexa. li. v. c. xo sine cōcubitu cōcipiūt ꝛ generāt. Et de carnis p̄mortue Phenicis hūore vermis exurgit. et processu temporis in prioris speciem reparatur.

De membroꝝ in pullis diuersitate. Cap. XXXI. Di.

Nde q̄so tantā in organis ꝛ mēbris volatiliū diuersitatē natura ingemauit? Ma. De interioribꝫ si q̄ris: ea ad opa vegetatiue necessaria ex his que post hac dicemꝰ cognosces. Exteriora vero ad alia opa: maxime aūt ad ea q̄ p̄de deputātur accōmodata sūt. Vñ q̄busdā visum acutiorē. alijs aut obtusiorē dedit. Acutū quidē rapacibꝫ vt a remotꝛ p̄dā cognoscant. ceteris vero q̄ circa terrā aut aquas versātur obtusiorē. q2 alimēto sunt ꝓpinquiores. Palpebras hn̄t mēbranulas nō carneas. nec oculos nisi per inferiorē claudūt ꝓpter duriciē corij cōtinentꝛ caput

Ambro. in hex. libro. v. cap. xx.

Dentibꝫ carent: ꝛ ꝓ his vtūtur rostris que rursus in rapacibꝫ acutiora sūt ꝛ adunca. vt p̄dam capere: ꝛ captā facilius dilaniare possint: qm̄ carnibꝫ vescuntur. ideo etiā vngues ceteris hn̄t magis aduncos. In aq̄ticis rostra sūt lata. vt ipis ꝓ hamo ꝛ collo ꝓ arundine hami: ꝛ pedibꝫ latꝛ (q̄ꝝ ꝛ digiti mēbranis ligātur) ꝓ nauigio vtātur loco anterioꝝ pedū alas hn̄t. volando se

Aues non mingunt

cauda dirigūt. Pectꝰ est acutū vt volādo paucū aeris moueat: ꝛ aera citiꝰ diuidat. Carnosum tm̄ est ne ex freq̄ntī aeris impulsione aut ledatur: aut īteriora infrigidātur. Nō migunt qm̄ parū bibūt: ꝛ si q̄d supflui sepatur in pl'uarū subam vertitur. Cetera pticularīꝰ īq̄rere nō ē p̄ntꝛ negocij. Sūt em̄ vt ait Amb. auiū gn̄a diuersa: q̄ mēoria aut cognitōe ꝯp̄hēdere q̄s possit?

De aquatilibꝫ. Capitulū. XXXII. Ma.

B aere itaq̄ꝫ in aquā delapsi. eā si possumꝰ trāsnatabimꝰ: spaciosū ꝛ magnū eq̄dē ē mare. ꝛ illic reptilia q̄ꝝ nō ē nūerꝰ. ꝛ aīalia inq̄t ꝓpheta pusilla cū magnis. Di. Et q̄ hec viderūt? Ma. Qui descēdūt mare in nauibꝫ faciētes opatōes ī aq̄s multꝛ. ipi in q̄t viderūt opa dn̄i ꝛ mirabilia eiꝰ ī ꝓfūdo. Pl'a eq̄dē ī mari q̄ꝫ ī terris sūt. ait Ambro in hexa. Et ea q̄ ī terris viuūt: ab his sibi noīa vēdicarūt. eo ꝙ priꝰ ī mariūsta ceperūt diuersis q̄ꝫ flūinibꝰ. Et ea q̄ timemꝰ in terris: amamꝰ ī aq̄s. Etem̄ noxia in terris in aq̄ īnoxia sūt. Atq̄ꝫ ipi āgues sine venēo. Leo terribilꝛ in terris dulcis in fluctibꝰ: sic videre ē de ceteris. Verūtn̄ vt testatꝛ Petrꝰ Lōbardꝰ oīa creata sūt īnoxia. sꝫ ꝓpter petm̄ facta sūt noxia. nihil itaq̄ꝫ hoī nocuissēt si nō peccasset. sꝫ hec theologie resuātes ad ꝓpositū reuertamur. Di. Videris astruere ꝛ aq̄tilia ꝑ creationē ī cē ꝓdijsse.

Ma. Moises hec docuit. Dixit eñ ds (vt ait). Producāt aq̄ reptile aīe viuē
t. Oīe aūt. q̄ natat reptādi hʒ vel spēm vł naturā. vt asserit Ambro. Et ne
hec in seipis deficerēt: ipis gn̄atiōis fecūditatē creator colcauit dicēs Cre-
scite ⁊ multiplicami ⁊ replete aq̄s. Fit aūt plerūq̄ hec gn̄atio p semis ppa- Genesis.i.
gatiōe;. vn̄ ⁊ ī aq̄tilib⁹ seu piscib⁹ sexuū discretio ē ⁊ ī plib⁹ corpis mole pʒ. Amb. vbi
Nā fēie marib⁹ ⁊ maiores sunt ⁊ lōgiores: carne quoq̄ duriores repiūtur. sup. cap. i.

De pullificatione pisciū. Ca. XXXIII. Ma.

QUi sexu discernūtur vētrū attritiōe coeūt: tāta aūt celeritate vt
visū fallāt ordinē tñ nature suāt ī sexu ⁊ gn̄e. vt nūq̄ piscis cū
alteri⁹ gn̄is pisce cōmisceat̄ dēpta murēa. q̄ sibilo vipe ad litt⁹
euocata cū ea coit. vt refert Amb. in hex. Tpe itaq̄ coit⁹ par cū
pari ābulat. femella oua ɔcipit in matrice: q̄ tñ nō pficiunt̄ do
nec piāt̄. tūc eñ mas ea subito seq̄t̄ ⁊ sele suo aspgit̄. aspsa ab aq̄ vt a blā-
da nutrice fouēda suscipiunt̄ p⁹ diē albescūt. dehic ocli apparere incipiunt
⁊ celeriter cōplent̄. maxie aūt si mlto sele pfusa fuerit. Primū ex residuo oui
hūore dehic ex aq̄ nutriunt̄. q̄ aūt masculo spmate tacta nō fuerit sterilia
manēt femella etiā maiorē ptē ouor̄ suor̄ pt⁹ tpe deglutit. q̄ forfasse sagax
natura puidit ne tota vnda piscib⁹ ipleat̄. hinc etiā magni corpis pisces p
paucor̄ filior̄ sūt Di. Quid aūt de his q̄b⁹ nō inest sex⁹ dr̄sitas? Ma. In Anguilla
omnib⁹ vtrūq̄ sexū esse astruūt sola dempta anguilla que scopulis se atte-
rit. eaq̄ strigmenta virtute influentiar̄ viuificata in anguillarū spēm trāse
unt. vel vt a ít pbs viscositatē p aures cōcipit. atq̄ fetū gn̄at. Quedā etiā e
pisciū gn̄e rore celesti (vt aiūt) cōcipiunt̄. sicut ostree ⁊ que in cōchilib⁹ degūt
⁊ quidē ex limo ⁊ putredine erūpūt. Di. Facile his fidē habeo. cū smonē
diui Augu. de mūdi fecūditate mēte reuoluo.

De diuersitate mēbror̄ in gn̄e pisciū. Ca. XXXIIII. Ma.

NEc in hoc gn̄e alantiū: natura in mēbror̄ distīctiōe defecit.
Nā pmū corpus oblongū edidit: q̄ aq̄s facili⁹ diuidāt: id q̄
q̄ corio leni aspo squamoso aut spinoso texit loco: māuū pe-
dūq̄ brācias ⁊ pīnulas q̄b⁹ se moueāt ordinauit. Cauda aūt
natādo oēs se regūt. hāc etiā cū dormiūt parūp mouēt, asserit
Plini⁹ sensuū vias hn̄t ocultas ne aq̄ ledant̄ pter oclos q̄ duriores sūt nec
colores medios discernere pter visus debilitatē facile pn̄t: ob id ⁊ piscato-
res eo color̄ gn̄e vtunt̄ sepi⁹. Nō spirāt. Qd̄ nob̄ ē spūs: illis est aq̄. Sic nob̄
spūs: ita illis aq̄ viuēdi ministrat subam. brācias hn̄t q̄s nūc plicāt ⁊ colli-
gūt: nūc explicāt atq̄ aperiūt. In hāc ḡ collectionē ⁊ aptionē dū suscipit̄ aq̄
⁊ trāsmittit̄ ac penetrat respirationis mun⁹ iplet: pulmone itaq̄ carēt: hūo
rē sanguini pportionatū possident: linguā habēt: sed nō vndiquaq̄ discre-
tā a palato. Dentes sunt ipis ex vtraq̄ mādibula acuti ⁊ pminētes. vt cibū
in ore tenere: diuidere: ⁊ deglutire citius possint: ne hūiditate aque effluat.
Disci. Si aqua nutriuntur vt premissum est: dentibus non indigent.
Mag. Aqua quidem nutriuntur sed non pura: sed ea que viscositatibus
terrenis inpinguata est. vt est pluuialis ⁊ per stercorum loca transiens. Nec
illa solum verumetiam vermibus: herbis: stercoribus: carne: pane, ⁊c. ⁊
generaliter semper minor est esca maioris. ita vt tempore pullificationis
etiam nonnulli pullos deuorent. Habitatio eorum confusa non est. sed vt
ait Ambrosi⁹ Hoc genus pisciū in illo sinu maris alitur: illd̄ ī alio ⁊ qd̄ hic

abundat:alibi deest.Fouendi tamē partus necessitate quidem loca mutant
Hec de aquatilibus cōib⁹ accipienda arbitror:non de singulis mōstris ma
rinis.Nunc stilus vndarū ꝓcellis madid⁹ terras reuiset:⁊ alis excussis:repti
lia gressibiliaue peruolet.

De reptilibus ⁊ gressibilib⁹:⁊ quare deus tam diuersas re-rum spēs condidit.que etiā nobis nociue ⁊ inutiles videntur.

Capitulum.XXXV. Discipulus.

Eptilia que dicis? Ma. Que corporis contractiōi ⁊ extensiōi in-
nituntur:quib⁹ se in anterius mouēt.parte equidē anteriore se extē
dunt:qua si aliqd solidi apphendūt:reliquū corpis post se trahūt
Et haec rursus trifarie partiūtur.Sunt em̄ que squamis ꝓ vnguib⁹
et costis crurium loco vtuntur:⁊ serpētia dici possūt.vt colubri.Et sunt q ore so
Serpētia. lidū cōprehēdētes se trahūt:que trahētia dici solēt.vt vermes.Et sunt que
q̄uis pedib⁹ moueant:magnā tn̄ corpis ptē terre applicāt:⁊ cōmuni noīe
Trahentia reptilia appellātur.sicut lacerte.stelliōes.⁊ plēs vermiū species.Que vo pedib⁹
gradiūtur duob⁹ pluribusue semp tn̄ equalib⁹ ⁊ reliq corpis pte terre non ini-
tuntur gressibilia sūt.Et hec oīa cōditor rerū ab initio verbo suo in esse pdire
iussit dicēs.Producat terra aīam viuentē in genere suo iumēta ⁊ reptilia ⁊
Reptilia bestias terre sm̄ species suas. Di. Quid creator facere voluit tāta animali-
um diuersitate:cū multa sint hūano generi nō modo inutilia:verūetiā no-
ciua? Ma. Noli ponere os tuū in celū:aut in altū extollere cornu tuū ⁊ lo-
qui aduersus deū iniquitatē.Sed pone ori tuo custodiā:⁊ ostiū circūstācie la
bijs tuis:⁊ phibe linguā tuā a malo:et labia tua ne loquātur dolū.nō em̄ po-
tuerūt a deo bono nisi bona fieri.vt et Plato affirmat ⁊ Augustinus in En-
Plato in chiridion cap.xi.cōprobat.Nature igit oīes:qnīā naturaꝝ prorsus oīm sū-
thimeo me cōditor bonus est:bone sunt.Et in de ciuitate dei li.xi.Nullā oīno na-
Aug.de ci- turā malā astruit:sed a terrenis vsq ad celestia inquit:et a visibilib⁹ vsq
uit.dei.li.xi c. ad inuisibilia sunt alia bona alijs alia meliora:ad hoc inequalia vt essent
xx.⁊ li.83.q oīa que artificis sapia metiēda sunt.Faciūt em̄ oīa ad decorē vniuersi quē-
admodū mlte rerū species diuersis colorib⁹ a pictore in eadē pariete effigia-
te.Et sicut in specie visibili hoīs.si vnū radatur supciliū q̄ ppemodum nihil
corpori:et q̄multū detrahit pulchritudini.vnde ⁊ Ambro.in hexacron.Sin
Ambro.li. gula coꝝ que generātur e terris specialē quandā rōnem habēt:que ꝓ virili por
hexa.li.5.c9 tione cōplēt vniuerse plenitudinē creature.alia ergo esui:alia alio nascuntur
vsui.nihil vacat.nihil inane germinat terra qd tibi putas inutile:alijs vtile
est:imo ipi tibi frequēter alio est vsu vtile.Quod escā nō adiuuat medicinā
suggerit:⁊ sepe eadē.que tibi noxia sunt:auib⁹ aut feris innoxiū ministrāt
pabulū Et rursus.Laudāt etiā dracones dominū:quia natura coꝝ et speci-
es.cum videtur:nō minimū vel decoris offendit:vel in esse rationis ostendit.
Non igitur oportet res insipienter vitupare.inquit August.sed vtilitatem reꝝ
diligenter inquirere.⁊ vbi ingeniū nostrū vl infirmitas deficit:ita credere oc
culta:sicut erant qdam que vix potuim⁹ inuenire:quia ⁊ ipa vtilitatis occul
tatio aut humilitatis exercitatio est aut clatiōis attritio. Et q noxia putas
homini quadruplici rōne cōueniūt.vt ait idē sup Gen̄.Aut em̄ penaliter le-
cōn̄.ad dunt:aut salubriter exercent:aut vtilter probāt:aut ignoranter docēt.vnd di
līraꝫ.li.3. uus Hieron̄.sup Ps:91.sup illo.q̄ magnificata sūt opa tua dn̄e. Marcioni
⁊ Manicheo hereticis qrentib⁹.Si ds oīa in vtilitatē holm fecit.qd culicē
cimicē:ac pulicē necesse facere fuit.Rn̄det dicens.vt ostēderetur tibi fragilitas
tua q cognitiōeꝫ tuā in celū ponis:respice morderis a culice ⁊ cōtremuisti; qd

in celū erigeris q̄ a culice vulneraris: Sed lōgius euagantē calamū ad ꝓpo-
sitā methodū reuocemus. Di. Operepreciū est ne quā cepimus de rerū ori-
gine disceptatiōez descendente sole truncatam relinquamus.

De multiplicatiōe animaliū diuersis modis per multa sancti Augustini dicta. Capitulum .XXXVI. Ma.

Ui et reptilia ꝛ gressibilia cōdidit: ipis specieꝝ cōseruationē per
seminis ꝓpagatiōez cōcessit dicēs. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ re-
plete terrā. Est itaqꝫ ꝛ talibꝫ sexuū differētia: q̄bus cocūtibꝫ ex Geñ.i.
sese in matrice femelle fet⁹ format. Salamādra dēpta: q̄ꝫ sex⁹ di-
uersitatē insitā aiunt. Lacertulos q̄qꝫ ꝛ Crocodillos Corucā ꝛ Ca-
meleonē inter q̄drupedia ouare: nature inq̄sitores asseuerāt. Di. Num et
ex reptilibꝫ q̄dā sine seminis ꝓpagatiōe ex putredinibꝫ q̄busdā exoriri cōspi-
cimus: Ma. Etiā fili. Sūt eñ (vt ait diuus Aug. in de ciuitate dei li. xv. ca
vltimo. ꝛ de trini. li. 3. ca. 8. ꝛ sup Geñ. ad Lrām li. 6. ꝛ. 5. ꝛ in. 3. de trini. ca. 9.) Augustin⁹
que de q̄busqꝫ rebꝫ sine cōcubitu ita nascūt: vt postea concūbant ꝛ generent
sicut musce. Alia vero in q̄bus nihil sit maris et femine sicut apes: que semi
na filioꝝ inq̄t nō cocūdo cōcipiūt: sed tanq̄ꝫ sparsa per terras ore colligunt.
Om̄ia eñ que sequētibꝫ erāt euoluēda tempibꝫ: ꝑmitus deus simul creauit. cū
faceret mūdū. Sed quomodo: In semine inq̄t om̄ia ꝑducta sūt ꝑmitus non
mole magnitudinis: sed in potētia cāli: ꝛ rursus. Multi hoies nouerūt ex qui
bus herbis aut carnibꝫ: quarūcunqꝫ reꝝ quibꝫ lubet succis ꝛ hūoribꝫ: vł ita
positis: vł obrutis: vł ita cōtritis: vł ita cōmixtis: que animalia nasci soleāt.
Et hoꝝ que ex corruptis aīaliū corporibꝫ nascūt: in ꝑmordio nō nisi materi-
aliter. quæ ꝟo ex terra. aq̄s. vł eis que terra germināte orta sūt. Magister in
sen. li. ij. dist. 15. tota creata nō negat. Di. Nunq̄d vero que per seminis ꝓpa
gatiōez ꝛ rerū putrefactiōez nascūt eiusdē speciei cēsenda sūt: Ma. Sunt Magister
vtriqꝫ. nā q̄ ex putredine oriūt: postea cōcūbunt. vt visū est. Quod vero Auer- sententiaꝝ
rois Auicēne impingit. om̄ia nata per ꝓpatiōez etiā nasci posse per putrefa-
ctionem: nō nisi in imꝑfectis accipiēdū est. hoiem eq̄dē ex putredine nasci Auerrois
quis sane mentis asseruit.

De mō propagationis animaliū/ ꝛ formatione corpis hūani ac de natura semis siue spermatis. Cap. XXXVII. Di.

Odum itaqꝫ ordinē ac temp⁹ cōceptionis formationis ac pt⁹
singuloꝝ discurras. Ma. Rem petis fili q̄ꝫ nō tēpus nobis
cōcessum. non ingeniū. nec compendij huius breuitas admit
tit: de his aūt vniuersaliora intelliges: si ad humani corporis
cōstitutionē stilo habenas laxabimus. Di. Si itaqꝫ iuxta Co
mici ꝟbū non pōt fieri qđ volo: velim q̄ qđ fieri possit. Ma. Homini pfe-
tū compositionis gradū q̄ est sextus attribuūt: cū sit quodāmō finis oīm. Terentius
ꝛ animātiū pfectissimū. hui⁹ corp⁹ saluator mōi in ꝑncipio de limo terre for in Eunu.
mauit ait scriptura: ꝛ eidē spiraculū vite insufflans: adiutoriū ex costa vna
fecit: ꝛ ipis cōiunctis creata subiecit: ꝛ gignendi ꝟtutē cōmuni ꝟbo indidit
dicens. Crescite. ꝛc. s. ꝑ seminis ꝓpagationē. Nam masculū ꝛ feminā creauit
eos. q̄ si tempe mō. loco. ꝛ ordine naturali concūbant: celoꝝ influxu cōcurrē-
te sibi simile ꝓcreant. Homo eñ inquit Phs ꝛ sol generant hominē Dis
Ne oīm obscuritas intelligendi semitam ꝑcludat: seminis rōnem afferas.

Ma. Sentent quod ꝛ sperma dicunt. est ps vtilis vltimi alimēti post tertiā digestionē decisa: et ꝑ cōseruāda specie in vasib; seminalib; (q̄ sunt testes) cōseruata. Hoc nōnulli ab epate. alij a cerebro. alij vero ab oīb; mēbris deriuari cōtēdunt: quoꝝ sententię cōtrarię nō sūt: si semē ab epate ꝓncipaliter a cerebro ꝑ pte maiore: ꝛ ab oīb; mēbris originaliter descēdere itelligimꝰ. Mãifestū tn̄ ī supflua eiꝰ emissione corpꝰ totū debilitari: ac tādē emori: q̄ heu m̄ltis euēit: q̄ facti sunt sicut equꝰ ꝛ mulꝰ q̄b; nō est itellectꝰ. Cū eñi sit ex suba alimēti vltimi vtilis ꝛ vitali pfusa spiritu: in eiꝰ iordinata deiectiōe alimētū mēbris ꝛ vita corpori subtrahit. Multū itaq; coeūtes citius deficiūt ꝛ moriunt. vt patet in passerib;. Eunuchi vero teste Galieno diutius viuere possunt. Sed de hac re post hæc si placuerit: medicoꝝ libros diligētius pspiciat: nunc q̄d cepimus sub breuitate percurramus. Galieni

De formatōe corpis hūani ī vtero materno. Cap. XXXVIII. Mag

F Eminib; itaq; viri ꝛ mulieris decisis: ꝛ in matrice femelle recepti vniunt vnitiua virtute ꝛ actione q̄litatū alterant. ꝛ vt phisici dicūt diuꝰ q̄q; Augu. li. 83. q. q. 56. restat. in p̄mis sex dieb; totū q̄si lacti aut spūe formā accipit. sequētib; trib; est inceptio linearū et pūctoꝝ vesiculaꝝ. post hæc dieb; sex penetrat in toto sanguinitas. Seq̄ntib; duodeci solidat in carnē ꝛ extendit hūiditas nuche. Deinde post dies nouē sepat caput ab hūeris ꝛ extremitates a laterib; ꝛ vētre: ꝛ vsq; ad pfecta mēbroꝝ lineamēta format vt quattuor sequētib; dieb; singula discerni possint. Primū tn̄ mēbra ꝓncipialia formant. quę sunt cor: epar: cerebrū: ꝛ seruētia. vt vmbilicus. stomachꝰ. testiculi. de hinc his ꝓpinq̄. vltimo manus pedes ꝛ reliq̄. Constat eñi humanū corpus multis diuersisq; mēbris vicz venis. neruis. arterijs. lacertis. musculis. ossib;. cartilaginib;. adipib;. carne. cute insuper ꝛ quattuor humorib;: que sunt Sanguis Flegma Cholera: Melancholia. Ex his aūt cętera que sunt cor: epar: cum alijs in humana effigie conspectis constant: quarum creationes per virtutes quas quidā digestiuam. formatiuam. assimilatiuā ꝛ concatiuā nominant specialius distinguere epitomatis breuitas fastidit. Veruntamen hoc silentio transire nō licet q̄ organisationis motꝰ sicut ꝛ partus tempora variantur. si est calor fortior ꝛ complexio melior. Vn̄ corpus viri citius formatur corpe mulieris. Sꝫ rursus in vtroq; est diuersitas. nā masculi corpus ad minimū in. 35. dieb; formatur: ꝛ in tali motus vitalis incipit die septuagesimo: partus vero ī mēse septimo expletur. Si vero corpus q̄dragesima die formatū sit: motꝰ ē die octuagesimo. ꝛ partꝰ in mēse octauo: ꝛ illi frequētius moriūtur. Q̄d si corpꝰ in. 45. cōpleatur die: motꝰ erit die nonagesimo: ꝛ partꝰ mēse nono. Corpus aūt femelle nunq̄ ante q̄dragesimū diē: sed: sed cōmuniter q̄dragesimoq̄nto cōpletur: ꝛ in tali motꝰ die nonagesimo: et ptus mēse nono sequitur q̄ est cōmunior ꝛ ptui cōuenientior. Vn̄ in. ij. Mach. c. 7. legimus matrem septem fratrum vni dixisse. Fili mi miserere mei quę te in vtero nouem mensibus portaui. sic sapiens ait decem mensiū tempe coagulatus sum in sanguine Sapiētię. c. 7. Si autem corpus. 50. die pfectū sit motus in cētesima: et partꝰ mense decimo sequitur. Natum tamē femelle corpus citius q̄ masculi cremētū pfectū attingit. Patet itaq; iuxta Macro. doctrinā de somno Scipionis quō dies qui sunt ab hora conceptionis vsq; ad diem motus triplicati natiuitatis mēsem iudicant mensi cuilibet. 30. dies tribuendo. habent eñi oīa animalia certum pariendi tempus scribit Aristotel' homine dempto.

Marginal notes: Formatio corporis humani; Tempus formationis; Mach; Macr; Aristo. aīalib.

Potentiis aie vegetatiue



De nutrimento fetus in vtero materno. De secundina et venenositate sanguis mẽstrui mulieris. Ca. XX XIX. Di.

Etus in vtero vñ cremẽtũ sumit? Ma. In muliere grauida
cõceptu mẽstrua cõsueta fluere desinũt: et in tres partiunt̃ ptes
q̃ꝝ vna ad mamillas transit: in q̃b9 in lacteam substantiã deco
quit̃. Secunda in epate matris pfecte digerit̃. Tertia que sup-
fluitas est stat donec hora veniat vt expellatur. De prima ĩfãs
natus pascitur: de scd̃a in vtero fetus a die motus cibari incipit et auget̃
nõ tamẽ eam p os sꝫ p venas q̃ in vmbilico sunt (q̃b9 et matri iũctus est)
sumit. Cum aũt hic sanguis mẽstrualis optime sit digestus superfluitates
nullas nisi vrinales paucas in alendo fetũ relinq̃t: q̃ inter pelliculas circa
secundinã recipiunt̃: et in natiuitate simul expellunt̃. Di. Secũdinã quid
Secũdina dicis? Mag. Folliculũ in quo fetus cõtinet̃ et sequẽdo cũ eo nascit̃ vñ et
nomẽ sortitur. hic p cotilidones matrici alligatur. Est et alius pãniculus
Biles cui nomẽ biles: q̃ dimidiã partem fet9 circũdans recipit aquositatẽ vrina
lẽ ex vena vmbilicali. Est et terti9 pãnicul9 quẽ abgas noiant: q̃ totũ fetũ
circũdat. Necessari9 est aũt h̃ follicul9 p̃ter alia. vt fetũ a nociuis custodiat:
maxime ṽo a sanguine mẽstruo ĩdigesto: q̃ si nudũ fetũ attigeret statĩ ne-
caret. cũ et mulieres mẽstruose solo visu speculũ nouũ macula rubea depi-
gũt: et tenerꝫ infantẽ inficere possunt. vñ et nõnũq̃ꝫ guttule q̃dam ex eo infã
tẽ cõtingentes maculas rubeas in ipo cãnt: q̃s nec etiã p cutis excoriatio-
nem deleri cõtingit. Hic sanguis in viris ,ppter calorẽ fortiorem superflua
digerentem non est. et si quod residui est in pilos transit.

De Gemellis/monstris et abortiuis fetibus. Ca. XL. Dis.

Ucc clarius q̃ volui tradidisti. Sed restat vt cãs diuersitatis sex-
uum: gemellorum: monstrorum: et arbortiuorum edoceas. Mag.
Audisti seminũ cõceptionem esse in matrice. hec aũt (vt aiũt) sep
tem diuisa est interstitijs: quorum tria ad dexterã: tria ad sini-
strã: et vnum in medio collocatur. dextera autẽ sinistris calidiora
sunt: similiter et semen testiculi dextri semen testiculi sinistri in calore supat
Si itaque semẽ testiculi dextri in vnam ex cellulis dextre partis ceciderit
mas: si aũt semen testiculi sinistri in vnam de cellulis sinistre pt̃ recipiat̃ fe
mella gñatur. Si ṽo semẽ testiculi dextri ĩ ptẽ sinistrã ceciderit virago con
cipit̃. et cũ semẽ testiculi sinistri ĩ ptẽ dextrã trãsfert̃: vir effeminat9 nascet̃
In mediũ ṽo interstitiũ cũ semẽ recipit̃: fetus ex vtroq̃ꝫ genere pmixt9 na-
scet̃: quẽ hermafroditũ dicim9. Si aũt semẽ sit multũ: et in duas cellulas di
uidit̃ gemelli nascunt̃. q̃ tñ q̃nq̃ꝫ sed raro duplici coitu cõcipiunt̃. Silr̃ si se-
mẽ pl9 debito aut deficiat: aut abũdat: aut ĩ debito ordĩe ꝯcipiat̃: aut diuer
se spẽs cõmisceãt̃ vl' etiã si coit9 sup coitũ fecũdũ iterat̃ fet9 mõstruosis na
scet̃. Fet9 aũt nõnũq̃ꝫ ex ĩordinato motu. saltu. cibo. potu. vehemẽti terrore
matris. alijs q̃q̃ꝫ plib9 causis ante aut post cõpletã organisationẽ interficit̃
q̃ eiect9 a mr̃e abortus siue abortiu9 dicit̃ Lepsi ṽo et elephãtici (vt ait Hie-
Hiero. sup Ezechielẽ. ron. sup Ezechielẽ) tũc nascunt̃. cũ vir cũ muliere tpe mẽstruorũ cõmiscetur
causas alias si. q̃ sunt nõ excludit. Di. Est et aliud cui9 causaꝫ pãdas q̃-
so vñ. s. ĩfans nõnunq̃ꝫ pl9 vni parẽtũ q̃ꝫ alteri: iterdũ vero nulli assimilat̃ ĩ
effigie? Ma. Hui9 rei causaꝫ nõ oẽs candẽ asserũt. Sed si rem ppensi9 con
siderabim9: assilatõis causas ṽtutẽ generãtis calorẽ fortitudinẽ et imagi-
Ge. 30. natione inueniem9. Quaꝫ vltima p̃rarcha Jacob in discolorãdis ouib9 nõ

improuide p varietatē virgarū visus est. Inhæserat enī (vt ait Augu.) aīe a lo⁊ discolor fantasia ex cōtuitu variaꝝ virgaꝝ p oclos impssa: q̄ nō potuit nisi corpus qđ sic affecto spiritu aīabat ex compassione cōmixtionis afficere. vñ teneris fetuū primordijs colore tenus aspergeret. Sic reperte sunt mulieres que æthiopes nigerrimos pererunt: cū vterq̄ parens candidior esset. q2 tales imagines in cubilibus depictas coitus hora cōtemplabant. Qđ autem de virtute generant calore ⁊ fortitudine seminū dictū est: non mō de matre sed etiam de patre intelligi debet. Mulier eqdem nō mō passiue (vt quibusdam visum est) verumetiā actiue ad prolis generationē cōcurrit teste Aristo. li. de animalib. Attñ semen viri actiuitatis maioris repit. in eo nāq̄ igneitas ⁊ aeritas. In semine ṽo mulieris aqueitas ⁊ terrestreitas vincunt. vñ sperma viri se habet ad sperma mulieris vt coagulū ad lac. ob id dictū est sperma viri qualitati: ⁊ sperma mulieris quantitati infant cōgruit. Hęc autem missa facientes in pu huic libro finem imponamus.

De partu infantis: Capitulum. XLI. Mag.



Cum itaq̄ infans tempus suū in vtero materno expleuerit numero supradicto: natura instigante fortitudine sua neruos quib9 matri alligatus est embrio rumpit: via qua cōceptus est sup caput: manib9 sup coxas extensis: mūdū ērūnosum ingredit. Interdū ṽo nō sine piculo in lat9: aut pedib9 aliq̄ nascunt: et tales nisi sagax obstetrix ẜterit cōmunit piclitant. Dis. Qua de re infans mox nat9 doloris ⁊ fletus vocē emittit? Mag. Q2 frigus inconsuetū sentit: ⁊ crudas tenerrimi carni admouere man9 abhorret queadmodū caro sauciata. vñ in aqua calida positus cōpescitur. Aut q2 q̄d maloꝝ ingressus sit ppherat quodāmodo. vñ ⁊ marem A. femellam ṽo E vagire dicūt: quasi ꝓthoplastis nostros Adā et Euā inculpātes: qui ⁊ sibi ⁊ nobis iusticiā originalem amittentes has miserias meruere. Solus autem zoroastes (vt refert Augu.) nat9 risit: nec ei boni mōstruosus risus ille portēdit. nā magicaꝝ artiū phibet fuisse inuētor: q̄ q̄dē illi nec ad psent vite vanā felicitatē ꝯ suos inimicos pdesse potuerūt. A Nino qppe rege Assirioꝝ cū esset ipe Bactrianoꝝ rex bello superatus est. Hactenus de origine rerum naturalium ⁊ modo nascendi hominum in hanc vallem lachrimarum. Aug. de ci. dei li. xxi. cap. 14.

De sex etatib9 q̄b9 tota vita hoīs metitur. Ca. XLII. Mag.

Quid aūt post hęc circa naturā hoīs agat: patientie exemplar Job clara voce deꝓmpsit i hęc ṽba. Homo nat9 de muliere breui viuēs tēpore replet multis miserijs: q̄ q̄si flos egredit et cōterit: ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nūq̄ in eodē statu pmanet. Vari at eqdē p sex etat grad9 q̄ vt scribit Isidor9 in ethimolo. sunt infantia ab ortu infant vsq̄ in septenniū. Hinc pueritia vsq̄ i annū q̄rtum decimū. Ab hinc adolescentia gnationi apta vsq̄ ad annū vicesimūoctauū ab eo iuuent9 omniū etatū firmissima vsq̄ in annū quinq̄gesimū. Grauitas que est declinatio a iuuentute in senectutē anno septuagesimosecūdo finit post has q̄ntū cunq̄ vite est senectuti deputat. Hic et regi9 ꝓpheta. dies annoꝝ nostroꝝ septuaginta annis. Si aūt in potentatib9 octoginta anni: amplius eoꝝ labor ⁊ dolor. Hęc de hoīs ortu scire putile: ignorare ṽo turpe: q̄s est qui ignoret? Ceterū si q̄d aliđ te moueat: alio volumine cōmodius ptractabim9. Nunc iuxta illud Ambrosianū Art9 solutos: nocturna q̄es laboris reddat vsui mentesq̄ fessas alleuet. vale. Dis. Et tu semp benevaleas. Isid. ethi. li. ii.

Finis Libri noni

Liber decimus de anima ꝛ potentijs eiusdem. Tract. primꝰ de opinionibꝰ philosophorū circa naturam anime. Cap. I. Di.

Alue pceptore colendissime. Mag. Et tu semp saluus sis fili. Uñ est ꝙ pter solitū ante sol' ortū gressu celeri aduenis? Sane ne oīa q̄ hesterno vespi de hūani corpis gñatiōe disseruimꝰ i telligis Dis. Sane oīa vt videre videor. Unū est aūt me iu dice scitu dignissimū: de cuiꝰ natura plīma cōiectans: totā pe ne noctē insomnē duxi: formidans vehemētius: ne fortasse id silētio trāsire decreueris. Est aūt (ne longioribꝰ ambagibꝰ vtar) ꝙ viuētibꝰ vitā ꝛ motū prestat. Ma. Nō ab re hoc scitu dignissimū iudicas. de quo ferme totius mūdi sapiētes retroactis secul' dubij diuersa posterꝭ reliquere opinionis sue mōimēta. nō q2 tale aliq̄d esse dubitarent. Quādoq̄dē (vt ait
Aug. li. io. de tri. c. io. ꝛ. 7. diuus Augu. li. x. de trini.) etiā si q̄s dubitat: viuit si dubitat vñ dubitet me minit: si dubitat: dubitare: se intelligit. Sꝫ q̄ ciꝰ natura substātia ue sit in dubiū versū est. Uñ quidā (inq̄t Au.) id corpis animā existimabāt: ꝙ am
Empedocles. Ericates. pliꝰ valeret in corpe. vt Empedocles ꝛ Ericates opinati sunt. Alij sanguinē alij cerebrū. alij cor eā eē putauerunt. alij ex minutissimis indiuiduisq3 cor pusculis q̄s athomos dicut: cōcurrentibꝰ in se atq3 coherentibꝰ eā cōfici crediderūt. Alij aerē. alij ignē subām eius esse dixerūt. alij eā nullā esse sub stantiā: q2 nisi corpꝰ: nullā subām poterāt cogitare: ꝛ eam corpꝰ esse nō in ueniebāt: sꝫ ipam temperatiōꝫ corpis nr̄i vel cōpagē pmordioꝝ q̄bꝰ ista ca ro tāq3 cōnectit esse opinati sunt. eo ꝙ oēs eā mortalē esse senserūt: q2 si ue corpus esset. siue aliq̄ cōpositio corpis nō posset vtiq3 immortaliter per manere. Qui ꝟo eius substantiā vitā q̄ndā nequaq3 corporeā sed vitā oē viuū corpus animātē ac viuificātē esse repierūt: cōsequēter ꝛ immortalem (q2 vita carere vita nō potest) vt quiq3 potuit pbare conati sunt. Dis. Opinio de ani. Aristo posteri

Quae huius dubietatꝭ causa tā ingens. vt tot eleuata sapientū ingenia at tonita redderet? Ma. Hec nimirū. qm̄ cū oīs nostra cognitio a sensi bilibꝰ ortū habeat. spūales autē subē de q̄ꝝ numero est ea que viuētibus vitā ꝛ motū largitꝭ: sensibꝰ non pcipiuntꝭ facile non erat nisi ex opationibus ad substantie illius cognitionē deuenire. vnd ꝛ ex his pene oēs positio nis sue argumēta sumpsere. Qui eñ eam pncipalē aliq3 corpis pticulā dix
Opinionū diuersitas. erūt inde moti sunt. ꝙ ab ea pncipalius motū aut sensum originari cre debant. Qui vero eam sanguinē. humorē. aerē vaporē ignē. aut aliud hui uscemōi corpoꝝ putauere. cōsiderabāt: q2 sine calido ꝛ humido vita esse nō pt. Qui aūt ipam ex elementꝭ omnibꝰ aut numeris cōpaginatā tradidere ea ad vim intellectualē: cuius est omnia discrere cognoscere referebāt. Quo rū sigillatim deducendi argumenta hic locus nō est: ne epitoma opꝰ in i mensum accrescat: breuibꝰ aūt ꝛ plāis ꝟmōibꝰ ipam ad mētē peripateticoꝝ q̄ꝝ pncipatū Aristotel' tenet describā: deinc ꝟo q̄d religio nr̄a ex his: pserti aūt de intellectiua recipiat: q̄d ue respuat cōmemorabimꝰ. Di. Optime.

De q̄ddtate aīe gradibꝰ viuēdi ꝛ tribꝰ aīaꝝ gñeribꝰ ca. II. Ma.

Ristoteles pmemoratas de natura aīe positiones li. i. quem de aīa inscribit enumerans: eas tanq3 a veritatꝭ tramitte deuiā tes abijcit: ꝛ cōsequēter opinionē suam hac definitione expli cās ait. Anima est actus primus substātialis corporis phisici organici: vitā habentꝭ in potentia. Anima inq̄t (actus est). i. for

ffia:q2 actuat z informat corpus.adiungit' aũt(pmus)a q̃ actus secũdariis q̃ sunt operationes vitales.vt sentire videre z similes immediate pcedunt. Subales vo adiecit:ne aiam formã accñtalem crederemus.vt sunt icia z albedo.sed subam p se psistentẽ:ex q̃ et corpe cui iuncta est vnũ p se ens cõstituit.vñ sequit(corpis)non aũt artificialis vt est statua.sed q subiũgit(phisici)id est naturalis in q̃ cũ diuersus habeat exercere viue opationes:ptiũ in situ z figura discretionẽ expostulat hinc addit(organici)Huiuscemodi vo corpus a natura(vt hesterna luce in calce lunoni docuimus)formatum inpotentia est.vt vitã.i.aiam recipiat.adiunctũ est ergo(vitã habent in potentia)q nõnulli ita intelligũt:vt corpus organicũ informaiã vita prima q̃ est aia:in potẽtia sit ad vitã secundã.i.vitales opationes fm diuersos viuendi gradus:q̃ sunt vegetare:sentire:mouere fm locũ z intelligere.hos in alia animae definitione explicans ait.Aia est pncipiũ q̃ viuim':sentimus:mouemur fm locũ:z intelligim' pmũ. Di. Et hanc expositionẽ planiorẽ reddas Mag. Plana esse videt ex dicẽ:ni forte hoc te moueat:q2 non omne aiatũ sentit:mouet fm locũ aut intelligit. Di. Hoc ipm est quod dubietat scrupulũ iniecit.viuunt cũ(vt aiebas)plante:nõ aũt sentiũt nec pgrediunt localiter. Mag. Num sentire vident frigora z calores intensos:a q̃b9 etiã se cõtrahũt:debilitant:marcescũt:z nisi hoz excessus tempamentũ acceperint totam plante harmoniã corrũpunt.q̃ facto animã ei9 deficere ipam q plãtã emori necesse. Dis. Ita esse expientia testat. Mag. Nõ ergo supioz pfectiones omnimodo ab inferiorib9 negande sunt.Sic cũ inferiorũ pfectiones in supiorib9 inueniunt:gradu tñ excellentiore:sic z supioz in inferiorib9 gradu cernunt obscuriore:in qua re mira totius vniuersi ptiũ harmonia attendit:z gratissime speculationi materia copiose ministrat:s; nũc ad incepta redeundũ est. Dis. Nõ itaq plantas eo mõ quo aialia sentire astruis? Mag. Probe.Nec philosophi oẽm aiam corpus suũ omib9 viuendi gradibus viuificare intelligũt.vegetatiua nanq viuificando vegetat Sẽsitiua viuificando et vegerat z sentire dat:cui vt in plurimũ fm locũ moure cõiungit.Intellectiua aũt oĩm harũ pfectiones in se cõplicans: corp' q informat:viuificando vegetat:sensibile reddit:localiter mouet z intelligit. Di. Tria itaq animarũ gña distinguis.vegetatiuũ s; z sensitiuũ z intellectiuũ. Mag. Recte.verũtñ non omnia simul discutienda suscipiamus ne ordine rerum pretermissio singuloz naturas nõ explicare:sed implicare magis videamur. Dis. Sigillatim igitur hec percurramus:primũ autem vegetatiuã animarum infimam aggrediamur.

De anima vegetatiua z potentiis eiusdem de nutritiua z digestionibus. Capitulum.III. Magister.

Anima vegetatiua vis quedã est in viuẽtib9:cõuertẽs alimẽtũ in su bstãtiã aliti:vt ipm in esse cõseruet:ad q̃titatẽ debitã pueh at:z simile.i spẽ generare tribuat.In hac descriptiõe tres v egetatiue potẽtie expmunt sunt nutritiua:augmẽtatiua:et gñatiua q̃z actus z obiecta differũt.Nutritiua(cui' sũt tres act9 appõere:vnire:assimilare:cui z alie q̃tuor potẽtie ministrãt fm Auicẽnã) p attractiuã vi caloris z siccitat:alimẽtũ natẽ aliti puenies potẽtia v3 aliqd attrahit.Per retẽtiuã vi siccitat z frigoris attractũ dõec alteret z digerat retinet.Per digestiuã vi caloris et hũiditat retentũ alterat z digerit.Per expulsiuã vo vi frigoris et humiditat digestũ impurũ a puro segregatũ ex

Margin notes: ...viuẽdi / ...anie ...itio / plante ...tiant / ...imarũ ...era tria / Ania vegetatiua / potẽte aie vegetatiue / Auicenna

pellit.vñ viuens sumptū alimētū dentib in ore cōterit contritū stomacho
infundit qui missum decoquens:decoctū magno cuidā intestino quod duo
Digestio prima — denum vocant trāsmittit:id rursus ab illo p intestinū ieiunū:cui cōiūgunt
subtiles quedā vene (q̄s misaraicas dicūt) ad epar vsq̄ puenit supfluū per
lōgationē egerit. In epate scđa celebrata digestione humores q̄ttuor segre-
gātur. Quod eni calidū ⁊ siccū ē cholere rubee deseruiēs parti ad cistā fellis:
Scđa — id est cholere:et q̄ frigidū ⁊ siccū melancholie aptū parti ad splenē. Quod
aūt frigidū ⁊ hūidū flegmati cōgruū parti ad pulmonē (vt nōnull' placet)
trāsmittit. Qđ vo. calidū ⁊ humidū in epate in sanguinē mutat. Supfluū
hui' digestionis p venā kylin que spine adiacz ad renes descēdit: p q̄s co-
latū ad vesicā:⁊ inde p virgā eijcitur. Sanguis in epate generat' p venas
maiores ad minores vsq̄ ad capillares ad singula mēbra diffunditur in q̄
b vltra digestus ⁊ in hūitates secūdas conuersus ea nutrit. hui' tertie di-
gestionis supfluitas: partim p sudores emittitur partim p epar ad vias vri-
ne reuertitur:⁊ mēbroꝝ dispōem phisici p tres intercapedines q̄s in vrinali
vase cōsid erant suo mō denūciāt. Verūtn̄ qđ de humoꝝ segregatiōe dictum
Tertia — est: nō scđm pcisionē accipiendū puto. vt nihil cholere melācholie aut fleg
mat. sanguis admixtū remaneat. nā dictos humores iesse sanguini extracto
per venas experientia docet. ex corruptiōe etiā eorūdē in venis egritudines
⁊ febres diuersas phisici testant. Unde in generatiōe hūoꝝ naturaliū cui'
libet pars cū sanguine vadit ad abilitādū sanguinē: ad nutriēdū mēbra ta
lis denōiationis cui' humor: sz quidē superior ad mēbra vadit grā necessi-
tat ⁊ vnitat. vt Auicēna c. de humorib. Patet itaq̄ nutritiuā i singul' mē
Auicenna. — bris operari q̄diu alitū viuit. sz diuerse: nā dū fort est in pncipio: pl' de ali
mēto cōuertit in aliti subam q̄ calor assumpsit. ⁊ tunc quidē augmētatio
Corporis augmentatio. — fit. Posthac nō pl' sed tantū q̄ntū deperditū est restaurat. ⁊ est stat'. De-
inde debilior effecta: nec deperditū quidē restaurare pōt sicq̄ aliti corporis
diminutio. Demū ea totaliter deficiente ipm viuēs q̄ꝫ interire necesse est.
hec causa distinctionis etatū. Et si rē ppensius cōsiderem' viuens mori in
cipit: ex q̄ esse accepit. Humidū nāq̄ radicali mēbris radicalib inhibitum
i quo vita vehitur restaurari nō pōt: sz p appositōem hūidi nutrimētalis
impediri ne citi' ꝯsumat. vñ queadmodū in lychno olei ps inbibita conti-
Viuens mox natū mori icipit. — nua actione caloris diminuitur. sz ne subito tota ꝯsumat p infusionē olei
q̄ ignis in pabulū attrahit. impedit. Sic ⁊ in viuēte esse naturales docuere
paulatim igit humido radicali deficiente viuens morti appropiat: donec to
to assūpto vita vt ignis lucerne extinguat. licet hoc hūidū p viā suffocatio-
nis factū extraneū mortē causet. sz hec accidentalis. supior naturalis.

Pot aug tiue

De augmētatiua potētia ⁊ quod cuislibet rei certus ē ter minus augmenti. decrementi. et duratiōis. Ca. IIII. Ma.

Augmētatiua q̄ purū est vltime digestiōis ⁊ potētia q̄ntū in
aliti subam ptit. Subsūt aūt eidē potētie tres. Quaꝝ pma ē
corpatiua q̄ alimētū in lōgū latū ⁊ pfundū extēdēs: qđ cuiq̄
mēbroꝝ deest distribuit: q̄ pl' ē aufert ⁊ alteri addit. vñ q̄rū
dā viuētiū aliq̄ mēbra i pncipio magna sūt: ⁊ paulopost mi
nora fiūt. Scđa assimilatiua ē singul' mēbris assimilās. Ter-
tia vnitiua: q̄ assimliatū ptib aliti vnit. vt carnē carni os ossi. ⁊ sic de alijs

Calor eq̄dem naturalis cōtinuo agens in corpus viuentis nōnullas ptes cō sumit: et sub exteriora cute poros vaporibꝰ impletos relinq̄t. hos ꝟtus vnitiua expulsis vaporibꝰ: alimento assi̇̄lato obstruit: qđ si tantū sit, alimentū ptes porosas extendit: ptem etiā extremitatibꝰ adgenerat. Operat̄ aūt augmentatiua nō vi caloris ignei: cuius est digerere: eterogenia disiungere: et homogenia aggregare. sed vi caloris viuificatiui hoc est naturalis: cui assimilat̄ calor Solis: et vi caloris alteratiui disponētis alimentum ad formā carnis: medulle: ossis. &c. Et hic est calor aīalis. Per frigus aūt membra coagulat. Per siccū ꝯtinuat et cōsolidat. Per humidū retinet et terminat. Est aūt huius potētie opatio a p̄ncipio viuentis: donec certā et sue speciei cōuenientem q̄ntitatem attingat. Oīm em̄ a natura constantiū certus est terminꝰ augmenti et decremēti et durationis periodus. Ignis aūt crementū: et si per appōem cōbustibilis in infinitū posse ꝓgredi videat̄, natura tm̄ hanc appositiōem nō admittit. Si em̄ oīa essent aut ignis: aer: aq̄: aut terra: sub motus esset decor vniuersi: quē in ꝓportione q̄dam harmoniaca partium: et in q̄ntitate et in q̄litate cōsistere ex dictis manifestū est. Nō solū aūt in elementis: sed etiā in his que ex elemētis conflata sunt corporibus. qđ si enucleatiꝰ rem ppendimus: ignē nec nutriri ꝓprie nec augeri inuenimꝰ. nō em̄ idem ignis nūero cōburens: et ex cōbustibili genitꝰ: sz p̄ore corrupto aliꝰ succedit.

Augmentatio naturalis quō fiat

Ignis non nutritur.

De gn̄atiua potentia quoꝝ sit generare sibi sil'e: et oīa creata creatoris exemplata sunt in pfectione diuersa. Cap. V. Oīa.

Eneratiua alimentū depuratū et in potētia aīatum: per seminatiuā in semen descindit: in q̄ sunt oīa totius mēbra: nō quidem corpis mole: sed vi causali. Per immutatiuā semē decisum in sanguinē: sanguinē in carneā: et Embrionis subam transmutat. per plasmatiuā aūt (alias informatiuā) singlas partes suis figuris et formis discriminat. Per calidū q̇ppe et humidū mollia creat. vt sunt caro. adipes. et medulle. per calidū et siccum cōpositiora. vt cor in aīalibꝰ. et radices in plantis. per frigidū et humidū exteriora. vt pilos et folia per frigidū et siccum solidiora. vt ossa et cortices celoꝝ accidentibꝰ influentijs plasmat. Tēpus inceptionis et desitionis operationū huiꝰ potetie libro precedenti expositū est. Necessaria est aūt hec potentia viuentibꝰ. vt indiuiduū qđ se in numero cōseruare nō pōt: in specie saluet. Hoc em̄ oīm viuentiū naturalissimū operū pħi acclamant. Oīa nempe creata creatoris q̄dam exemplata sunt: in q̇bꝰ potētia: sapiētia: et bonitas eius vt per speculū et enigma cōtemplat̄: in alijs q̇dem clarius. vt in intelligētijs et hoībus. in alijs minus. vt in ceteris aīantibꝰ. in q̇busdā vero obscurius. sicut in animatis. Deus em̄ (inq̄t Aurelius Augu. li. xij. de ciuita. dei.) summa essentia est: et alijs esse dedit: sed non summū: his amplius: alijs minus atq̄ naturas essentiarū gradibꝰ ordinauit. Vn̄ in ordine vniuersi ꝟtus virtutū in itellectibili: hec in intelligentiali: q̄ rursus in rōnali. Hec in imaginatiua: que rursus in sensitiua. Hec in vegetatiua: q̄ rursus in minerali. Hec in elemētatiua: que demū in chaos confuso occultata conspicit̄. Tali nimirū ordine per ascensū inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt intellecta conspiciunt̄. Quid em̄ (inq̄t idem li. xi. de tri.) non ꝓ suo gn̄e. ac ꝓ suo modo habet similitudinem dei. Sed hic cibꝰ solidus est grandiū: non lac paruuloꝝ. Unde digressi sumus reuertamur. Vnūquodq̄ igit̄ creatorū nitit̄ se assimilare suo creatori modo pfectiore. gn̄aliter aūt in eo qđ est, ſp esse. Oīne em̄ qđ est (inq̄t

Grad' rerū enumerant̄

Aug. de ci. dei. li. ix. c. x.

Aug. de tri. li. xi. c. v.
Ad Rom. i.

Augu.de ci.dei.li.xi.)naturaliter desiderat suū esse cōseruare:ita vt miserri mi nolint interire:sed potius miseriā eoꝝ auferri.In viuentibꝫ aūt cū viue re sit esse:alata ꝓ modulo capacitatis sue nature semp viuere saltē in sub sequentibꝫ generationibꝫ contendūt.Hanc non minimā parentū ad prolē amoris causam scriptura sepius cōmemorat. Verū tamen posteritatis cō seruatio per generationes:nec omībꝫ alantibꝫ.sed perfectis tm̄ : non orba tis:nec spontaneā generatōem habentibꝫ perfecte comperit.Tenes ne fili q̄ modo digesta sunt? Di: Teneo.apertissime em̄ singula ꝓsecutus:⁊ nulla penitus circuitione vsus es:vt questionū stimulis te excitatū iri superua caneū q̄dem:indefessa aūt aure cuncta totius auscultāda existimarē. Ma. Sensitiuā igit̄ si placet simili ꝑcurramus cōpendio. Di. Placet.

Libri Decimi Tracta.ii.incipit.

De anima sensitiua et obiecto eius.que sensibilia ꝓpria. coīa. per se et per accidens.si substantia sentiri possit.a quo fiat sen sensatio.de sensu actiuo et passiuo. Cap.Primū. Ma.

Ala sensiti. Ensitiua anima ea est q̄.foris ⁊ intus reꝝ corporaliū formas corporeas p̄sentiū ⁊ absentiū percipit. In hac descriptione:et obiectū ⁊ potentie sensitiue anime innuunt.de illo aūt p̄us: de his vero posterius dicendū. Di. Obiectū ergo sensitiue quod dicis? Ma. Rem corpalem per spēm sensibilem. Sen sibile aūt est qd̄ natū est sensu ꝑcipi.⁊ bifarie diuidit̄.Quod

Obiectum sensitiue dam em̄ per se:quoddā per accn̄s sentit̄.per se q̄dem sensibile sentit̄:quod per ꝓpriam spēm sensum īmutat:vel vnū tantū : ⁊ est sensibile ꝓpriū.vt color visum.sonus auditū.vel plures.vt numerus.motus.magnitudo.figu ra et tempus.Magnitudinē em̄ non modo videmus:sed ⁊ tangimus.sic fi gura.⁊ reliq̄ a pluribus sensibꝫ percipiunt̄ ꝓpter sensum cōem:cui ꝑticula

Sensibilia cōmunia res sensus ꝑticipant.ideo sensibilia coīa dicunt̄. nec tamē sunt ita sensibi lia per se.vt sine alio sensum īmutare possunt:sed cum sensibile per se mo uent sensum.magnitudo em̄ sine colore nō videt̄: nec sine q̄litate tangibili tactu percipit̄.aerem nanq̃ magnū nō videm⁹:nec orbem celestē (vt aiūt) tangere possumus:eo ꝙ aer coloris ⁊ orbis celestis peregrinis expers sit im p̄ssionibꝫ.tn̄ per ꝓpriam spēm īmutat.vt tenet Trub.⁊.teg. Sensibile ꝑ ac

Sensibile ꝑ accidens cidens vero est qd̄ non per ꝓpriam:sed alienā speciē sentit̄.vt campana per spēm soni audit̄.⁊ lapis in specie coloris oculo cernit̄.Hoc aūt ex eo esse di noscit̄:qd̄ subē per ꝓprias spēs sensum īmutare neutiq̃ possunt. cui⁹ qui dem manifestissimū indiciū est : qd̄ p̄sentiā subē panis ante cōsecrationē ⁊ eius absentiā facta cōsecratione sensu non ꝑcipimus.Sunt aūt q̄ substā tiarū species cū accidentalibꝫ multiplicari:⁊ intellectui tanq̃ potentie ꝓ portionate p̄sentari opinant̄. Di. Obiectū ne an sensus sensatōes causat Ma Neutrū.vt cā totalis.vtrūq̃ ꝑo vt causa partialis cōcurrit. vn̄ Aug. de tri.li.xi.ait.A visibili ⁊ vidente gignit̄ visio.⁊ hoc q̄dem effectiue.Instru

Aug.de tri. li.xi. cap.ij. mentaliter em̄ videmus oculo ⁊ formaliter visione. Pariformiter ⁊ in alijs sensibꝫ distinguendū est. Di. Actiua igit̄ potentia sensus est? Ma. Acti ua quidē:quia cum obiecto sensatōem efficit.Est ⁊ sensus potētia passiua

Aristot.2.de anima. vt ait Aristoteles.Vel q: in potentia est ad actū primū q̄ est esse:⁊ in eum a generante reducit̄. Vel q: in actu p̄mo est:⁊ in potentia ad actū scd̄m qui est sentire;in quē per obiectū reducit̄.sentire equidē dr̄.eo ꝙ sensatōem re

cipiat.siue aũt sensatõem recipiat:siue ab obiecto immutet͛:sp͛ patit͛. Immutari cũ quoddã pati est.qd si a sensibili ꝓportionato fiat:saluatiua est passio ⁊ iocũda.Si aũt a sensibili excellenti fiat: passio est corruptiua ⁊ dolorosa.nam excellens sensibile sensum corrũpit.i.non facit distinctã ⁊ determinatã sensationẽ. Di. Una ne res est sensus actiuus ⁊ passiu9? Ma. Una.nomina autem diuersa.

Queres sit spẽs sensibilis: vnde causata.ad qd necessaria.et si accidẽs sine subiecto possit subsistere.et qd ad sensationẽ necessariu sit mediũ ꝓportionate elongatum. Cap.II.

Di. Sensibiliũ rõnes ex dictis manifeste vident͛.Specierũ aũt sensibilium naturas latius deducendas arbitror. Ma. Species sensibilis q̃litas est tertię specici.Et est idolũ siue imago eius qd sentit͛ etiã intentio dici solet:nõ q: in ipam sensus vt in obiectũ tendat sed q: est id p qd sensus formaliter in obiectũ tendit:cui9 ipa est ꝓpria imago siue silitudo.Unde sensibile qd ꝓpter sui materialitatẽ in sensu per essentiã recipi nõ põt:sui imaginẽ a sensu receptibilẽ ꝓducit:per quã discerni possit.Quemadmodũ si me petro carcere recluso manifestare voluero fores carceris totus penetrare non valẽs:saltẽ imaginẽ meã in charta effigiatam mitto:quã si forte per rimulã receptã cõspexerit: q̃lis ego sum statim agnoscit.⁊ q̃to hec imago mihi similior:tanto Petrus de ꝑsona mea certior fit.sic suo modo de sensibili et eius specie accipiendum est:intelligis ne? Di. Sane.sed cum spẽs sensibilis accñs sit (q: q̃litas) quõ de obiecto ad sensum vsq3 deueniat:nondũ manifestũ est.accñs cũ subiectũ suũ deserere ⁊ in aliud transmigrare via naturę impossibile esse:a te sepius audiui.dico aũt via naturę:dubiũ nanq3 non est:deum accñtia absoluta a subiectis posse separare:⁊ in esse conseruare.vt credimus circa altaris sacra mysteria. Ma. Forti argumento oppugnas:erroneę tñ inniteris imaginatõni.Opinaris cũ vnã ⁊ candẽ spẽm nũero ab obiecto productã per mediũ vsq3 ad sensum ꝑuenire.sicut nauis de ripa ad ripã per aquã defluit. Di. Aliter tu ne sentis? Ma. Longe aliter.aut cũ obiectũ cõtinuo aliam ⁊ aliã speciem per mediũ vsq3 ad sensum multiplicat:aut in codẽ instanti totã spẽm in toto medio inter ipm ⁊ sensu3 causat: si sufficiat ꝟtus eius.Ad sensationem itaq3 necessariũ est mediũ.vt p ipm spẽs multiplicet͛.Sensibile cũ positũ sup̃ sensum sensatõem nõ facit.hoc ęidem manifestũ in visu.nõ cũ videt͛ nisi res quãta:⁊ sub pyramide q̃ta quę mediũ necessario req̃rit ne basis ⁊ conus pyramidis coincidãt.In alijs aũt sensibile positũ sup̃ sensũ:facit sensatõem realẽ.vt cultellus neruũ inscindẽs dolorẽ causat. Intẽtional͛ vero imutatio p spẽm sine medio non fit. Necessaria est etiam debita inter obiectum ⁊ sensum distantia per quã virtus obiecti speciem multiplicare possit.vnde remotiora sentire non possumus.

Si spẽꝝ m̃ltiplica[illegible] p mediũ sit ĩstãtanea aut successiua. c.III.

Disci. Ec dum oẽm de hac re tulisti dubietatẽ. Mag. Nec id p̃tendebam:sed dic qd te moueat? Di. Instantanea ne: an successiua est harũ specierũ per mediũ multiplicatio? Mag. Instantaneã ait Aristo.contra Empedoclem:luminis esse multiplicationẽ ab oriente in occidentẽ.Sunt tñ qui nec totã spẽm ab obiecto ꝓduci contendunt:sed spẽm in ꝑte ꝓpinqua medij ꝓductam:rursus aliam in sequenti

Ita olm dubioꝝ nodositatē a me pfugasti. vt pter vnicū tantū. nō remāserit qd a resurrectiōis fide deterreat. Nondū eīn accepi quō ad locū glorie aiarū ptineat corporū resūptio. marie qz nōnulle de in habitatōe lutee subie attediatas dixisse legimus. Heu mihi qz incolat⁹ meus plongat⁹ est. Et cupio dissolui ꝛ esse cū xpo. Nimirū qz vt Sapiēs asserit. Corpus qd corrūpit aggrauat aiam. ꝛ ipedit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. aut alteriusmodi futura corpora credenda sūt. Ma. Alteriusmodi. id est aliter glificata. ꝛ in suba tñ eadē de qua re vnū hoc testimoniū sufficere arbitror. qd diuus Paulus apostol⁹ in pima epistola ad Corinthios scribit. Seminatū inquit i corruptōe. surget in corruptōe. Seminatū in ignobilitate surget in glia. Seminatū in infirmitate. surget in virtute. Seminatū corpus animale. surget corpus spūale. Et infra. Oportet eīn corruptibile hoc induere incorruptōez. ꝛ mortale hoc inducre imortalitatē. ꝛc. que vba catholici expositores dilucidantes: imutatione beatoꝝ corpoꝝ in quatuor precipue futurā distinxere: que dotes corporis dicunt. quibus in despōsatione animarū suarū ornabunt. Sunt autez impassibilitas: claritas: subtilitas: ꝛ agilitas. vn̄ ꝛ eedem dotes in li. Sap. innuunt. cū dicit. Fulgebūt iusti: ꝛ tanq; scintille in arūdineto discurrēt. Et Aurelius Augu. li. vltimo de ciui. ait. Aberit a corpib; nostris omnis deformitas (per claritatē) omnis tarditas (per agilitatē) omnis infirmitas (per subtilitatē) omnis corruptio (per impassibilitatem) Que aūt diuus Anshel. li. de similitudinibus vltra hec cōmemorat: sub pdictis cōtinent. nūqd tale corpus oneri erit aie? Di. Neq;. Sz de his qso latius disseramus.

Sapie. 9.
i. Cor. 15.
quattuor corpis dotes post resurrectiōez.

Quid dotes corpori conferant. ⁊ qđ nõ ęquales in omnibus erunt. Capitulum.XL. Magister.

Aug.li.xxij de ci.c.18.

B impossibilitatis dote ita electoꝝ corpa ab om̃i passione immunia erũt vt nec ab infernali incendio lędi:nec ab acie ferri acutissima penetrari possint: sed potius qđlibet obiectũ ad instar radij solaris cristallũ penetrantis transirent: coꝝ nempe harmonia ⁊ compago amplius resolutiõi ⁊ corruptibilitati nõ subiacebit. Di. Claritas quid conferet? Ma. Miram pul-

Claritas.

chritudinē. Pulchritudo vero vt Augu. loco quo supra: ⁊ in epl'a ad Nebridiũ ait. est cõtinentiũ partiũ cum quadã coloris suauitate. Per claritatem igit corporibus color ꝓprius nõ auferet: sed ꝑficietur: quoniam fulgebũt iusti (inquit dñs) sicut sol in regno patris coꝝ. Erit tñ hic splendor nõ offendens sed demulcens visum ⁊ in ptãte btõꝝ est claritatē suã vel occultare in toto vel in pte manifestare. Christus eñi inquit Augu. sua resurrectione ostendit quale futurũ sit corpus nostrũ. Ipse aũt nunc claritatē suã ostendebat nũc ꝓ libitu occultabat: vt euangelica testatur hystoria. Di. Subtilitas aũt qđ? Ma. Ut penetrare possit qđlibet corpus nõ gloriosuz nõ quidē ꝑ poros: aut diuidēdo partes sed sil' coexistendo. Di. Fieret itaq̃ penetratiuo dimensionũ? Ma. Et hanc esse possibilē octauus liber edocuit. nõ eñ dimensionũ penetratio duo corpa sil' esse ꝓhibet: sed repletio loci q̃ dimēsiones ꝯsequit. vt effectus causam. Potest aũt deus auferre vł suspendere posterius priore pmanente sic abstulit vel supendit actõem seu calorē in fornace pueroꝝ. sic facit in corpe glorioso. Di. Nõ igit a natura fiet gloriosi corpis cũ nõ glorioso i eodē loco coexistētia: sed ꝟtute diuina. Ma. Non aliter intelligũt qui per subtilitatis dotē hoc fieri astruũt. nõ eñ corpus hãc dotem a natura habet: sed a deo. Rursus gloriosuz corpus locũ replere põt ⁊ non gloriosum expellere. nihil equidē sibi resistere poterit: sed ipm alteri. Unde ⁊ se palpabile exhibere. aut tactũ penetrãdo poterit latere. Uñ ⁊ Christus ait. Palpate ⁊ videte. Qđ aũt diuus Gregorius ait. Corrumpi necesse est qđ palpatur de hoc quod tactui subiacet accipiēdũ est. Di. Sed nũquid duo gloriosa sil' esse poterũt? Ma. De talibus non est sicut de glorioso ⁊ nõ glorioso: quoniam gloriosum penetrabile nõ est nisi ad voluntatē alterius cuius est corpus. Di. Agilitas aũt ad qđ? Ma. Ut vbi vult spũs mox ibi sit corpus suũ sine fatigatione in retardatione in tpe imperceptibili: possunt eñi beati mouere corpora sua vł ꝓgressiue ⁊ organice: vel sil' totũ: ⁊ hoc ꝑ potentiã motiuã nõ organicã ſm Scotum. Di. in octauo libro huius epitomatis motũ grauis sursum violentũ eē: nullumq̃ talē ꝑpetuari posse dissertũ memini: quõ igit animarũ fęlicitas cũ corporibus ꝑpetua manebit: an forte qr grauitatē mitterent? Ma. Deperire a corpibus beatoꝝ grauitatē haud facile ꝑsuaderi poterit cũ nec corpis sit vicium: nec deformitas quę sola auferent seruata subę integritate. vt Augu. in vltimo de ciui. li. c. xix. dicit. Nec ex hoc violentia est in motu taliũ. cũ cõueniat eis scđm naturã supiorem bonitate sua sic ordinante. Uñ idem in eodē capi. ait. Multa grauia terrena sunt corpa sicut plumbũ ⁊ formã tñ ab artifice accipiũt qua nature valeant sup aquã: ⁊ vt accipiat qualitatē corpus humanũ qua ferri in celũ ⁊ esse possit in celo om̃ipotenti artifici ꝯtradicit. hec ibi. Et fortasse sibi hanc eandē qualitatē Esaias dicere voluit: cũ ait. Assument pennas vt aquilę ⁊ volabunt ⁊ nõ deficient. current ⁊ non laborant. Qđ autē diuus Augu. loco quo supra de ablatione graui ponderis a corpe ponit. deũ hoc posse non aũt facturũ dicit. Poterit inquit. nõ aũt vt faciet.

Aut si quis in contrarium contendat: ex sententia Augustini deum ablaturum pondus grauitatis: intelligi potest quantum ad impedimentū: nō quantum ad essentiā. illud em̄ deformitatē importat hoc perfectionē. Di. Equales ne sunt oīm dotes? Ma. Nequaq̄. nam vt pauloante dictū est vbi de triplici electoꝝ visione tractauimus: ad mensurā meritorum dotabitur anima ⁊ ex consequenti corpus ex redundantia nempe glorie in corpus quas iam percurrimus dotes: cōsumationem ⁊ perfectionē accipiūt. ait em̄ diuus augustinus ad dioscorum. Tam potentē fecit deus animā: vt ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas: perpetua ⁊ vigor incorruptibil. Et apl's vas electionis Corinthios de resurrectionis gloria informans ait. i. Coꝝ. 15. Alia claritas Solis. alia claritas Lune. alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuorum. Di. Memini de hoc hesterno vesperi nō nihil dictū esse sed nūquid et ceteri corporis sensus in actu erunt quemadmodum oculi?

Homo totus ꝑfecte beatificabitur in anima ⁊ corpe. de sensibꝫ aūt oībꝫ si habebūt opatōes suas. nō facile est deuenire. Capitulū. XLI. Magister.

Totum hominē in anima ⁊ corpe ꝑfecte beatificari in supna hierusalē vnanimi omniū sn̄ia concessum est: de eo aūt qđ queris: temere definire quis audebit: Sunt em̄ qui oēs sensus corporis in actu esse cōcedunt ꝑ spēs influxas ꝑ quas videbunt: audient olfacient: gustabunt ⁊ tangent que presentia non sunt: mō multo ꝑfectiore q̄ꝫ adam in statu innocentie. ⁊ presentia silr̄ ꝑceptas spēs cognoscent: alij sensationem absentium ꝑ spēs influxas nō accipiunt. De visu et tactu nō dubitant quia ibi ⁊ obiecta ⁊ media cōuenientia habere possunt. De vocali laude ⁊ auditu idem licite opinandū astruunt. Olfactū aūt ⁊ gustū ꝓpter imꝑfectionē quandā: silr̄ ⁊ obiectorum ⁊ mediorum diuersorum absentiam: non esse in actu existimant: oēs tamen premiandos ex anime redundantia cōcedunt. Quia vero scripturaꝝ testimonia facillime ad spiritalē intelligentiā inter pretari possunt: ea ꝑtermitto: nō ꝯ obiecē nō de medio sentiendi: aut modo questioneꝫ facio: vbi chr̄s iesus dei filius deus erit oīa in omnibꝫ abstergens oēm lachrimā ab oculis sanctorum ⁊ retribuens abundanter facientibꝫ superbiam: sed non in hac terra viuentiū: sed in regione vmbre mortis: cuius fumigantes voragines abruptaq̄ꝫ ardentiū montium iuga celerrime nunc demū peragrabimus. Di. Id promissorum ordo expostulat: vt tandem lustratis oībus: ad campum miserie venandi causa gressus nostri tendant: si forte aliquid et venatu et scitu dignum: de antenatiuo hec abyssus exhibeat.

De locis infernalibꝫ q̄ttuor in cāpo miserie discretis in genere ⁊ de limbo patrū vbi ⁊ q̄lis fuerit: testimonijs sancti augustini ⁊ Gregorij particulariter disputat. Capitulum. XLII. Ma.

Sequitur typus loci Infernalis.


SVBILLA.
PALINRVS
ACHERON
COCYTVS

Orridus est hic cãpus:in q̃ nõ elemẽta sed elemẽtoꝝ magis deke-
catiões residẽt.nebula.caligo.tenebra.⁊ vmbra mortꝭ seculo li.u. ãt
flet⁹⁊ stridor dẽtiũ habitãtes nũq̃ destituẽt:ſ hęc in lacu inferio
re:ab initio aũt tolerabiliora loca intrãtib⁹ patẽt.Quadrifarie nã
q̃ h cãpus ptitus est.A pncipio Limb⁹ patrũ:post hunc Purgatoriũ:sub q̃
limb⁹ pueroꝝ:⁊ in loco infimo locus infernalis dãnatoꝝ. Di. Consimilẽ
audiui ptitionem fundi.terrene modis li.septimo cũ de.terra ageret. Ma.
Uerũ.sed celerius hęc loca egressi nõdũ q̃d ptineãt spectauim⁹:nũc aũt sin-
gillatim de omib⁹ differem⁹. Di. Primũ igiꝭ de Limbo patrũ si q̃d habes Luce.16.
scitu dignũ:in mediũ pferas. Ma. Limb⁹ patrũ locus est apud inferos Augu.
tormentꝭ impioꝝ remotissimus:quẽ nõnulli sinũ Abrahę a dño in Euange Limbus
lio appellatũ voluit.i.requiẽ credentiũ.De hoc loco diuus Aug.in egregio.vo patrum
lumine de ci.dei li.xx.ca.xv.sic ait.Non absurde credi videꝭ:antiquos etiam
sanctos q̃ venturi cristi tenuerunt fidẽ:locis q̃dẽ a tormentꝭ impioꝝ remo-
tissimis.sed apud inferos fuisse donec eos inde sanguis christi:⁊ ad ea loca
descensus erueret.Cui p oĩa alludit sanctissimus papa Gregorius li.12.mo- Gregorius
raliũ ca.19.dicẽs.Ante aduentũ mediatoris dei ⁊ hominis:omis homo q̃
uis mũde pbateq̃ vite fuerit:ad inferni claustra descendit.⁊ cap.sequenti.
nec tamẽ ita iustoꝝ animas ad infernũ dicim⁹ descendisse.vt in locis pena
lib⁹ tenerentꝭ:sed esse supiora inferni loca esse alia inferiora credẽda sunt.vt
⁊ in supiorib⁹ iusti reqescerẽt:⁊ in inferiorib⁹ iniusti cruciarentꝭ.Ab his p-
pheta dei adiutorio se pueniẽte liberatũ cõfiteꝭ dicẽs.Nisi q2 dñs adiuuit
me:paulo min⁹ habitasset aĩa mea in lacu inferiori.Et iteꝝ.Eruisti ani ps.92.⁊.8.
mã meã ex inferno inferiori.Et exẽplar patiẽtie btũs Job hũc abhorrẽs di quinto
cit.Quis mihi tribuat:vt in inferno ptegas me.⁊ pater patriarchaꝝ Ja- Job.
cob:ne forte nimia tristicia poccupatus dño peccaret:et ad hũc tormẽtorũ
locũ mortu⁹ descenderet filijs suis ait.Deduceꝭ canos meos cũ dolore ad i
feros.iuxta diui Augustini itetptationẽ libro.12.sup Geñ.ad litterã.cõis tñ
expositio id de Limbo patrũ intelligendũ asserit. Di. Limbum patrum es Geñ.42.
se sufficienter inducta testimonia pbant:sed cũ ab inferno inferiore ⁊ locis
penarũ sit remotissimus.vnde infernus non dici possit nondum accipio.
Ma. Respectu laci inferioris supior infernus non diciꝭ:respectu aũt celoꝝ
infernus nominaꝭ.Nam vt inquit diu⁹ Grego.circa finẽ li.xiij.moraliũ:q̃tũ
ad sublimitatẽ celi:spaciũ hui⁹ aeris non immerito dici infernus poteſt:i Gregorius
quẽ iuxta apl'i Petri sniam ruentes apostare angeli in iudicio cruciãdi re- 2.Petri.2.
seruanꝭ. Di. Plane q q̃rebã btũs Grego.dissoluit:Purgatoriũ lustremus.

Purgatoriũ esse post hanc vitam cõtra Grecos scripturarum testimonijs astruitur.⁊ qõ suffragijs iuuari possint purgandi probatur. Capitulum.XLIII. Mag.

Urgatoriũ esse erutis animab⁹:plerim̃ Greccoriũ ipugnare viti nõ Error græ-
sũt.q̃s catholici viri multotiẽs:nouissime aũt in cõcilio Florẽtino corum
sub Eugenio quarto psentib⁹ Græcorum patriarcha:episcopis:et Conciliũ
ipetatore:luculentissimis rõnibus ⁊ scripturarũ testimonijs conui florentinũ.
cerũt.operosum nimis esset oẽs scpturas de purgatorio loqntes hic cõme-
morare. Di. Saltẽ aliquas edicito. Ma. Num egregiũ Psalten legisti:co David.
loco quo ait.Transiuim⁹ per ignem ⁊ aquã:⁊ eduxisti nos in refrigerium.
Di. Legi ps.65. Ma. Num ⁊ Judam Machabeũ virũ fortissimũ cõmen-

datū in audisti: quia duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolimā: eas ibi offerre ꝓ peccatis mortuoꝝ: iuste ꝛ religiose de resurrectione cogitās
Di. Audiui supius in officio qḋ eccl'ia de mortuis frequentat: insuper ibi ad dicitur sctā ꝗ ꝛ salubris cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluerent.
Ma. Sane. Audi ꝛ euangelistā. Mathēū hic dñm dixisse refert. Esto consentiens aduersario tuo. ꝛc. ꝛ sequit ne in carcerē mittaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Et infra. Qui dixerit verbū ꝯ spm̄ sanctū: non remittit ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Sūt igitur vt infert sanctus Gregorius q̄dam pctā que in alio seculo remittuntur Apostolica q̄ꝫ tuba Corintheis aperto sermone de purgatorio insonuit cum dicit. Uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus arserit detrimentū patietur: ipse aūt saluus erit: sic tñ q̄si ꝑ ignē. Q̄uis iuxta traditionem Augustini hec sententia etiam de tribulatione pñtis seculi verificari possit. vt in Enchyridion. c. lxvij. Et li. xxi. de ciuita. dei c. penultiˀ·. Cæterū quæ ꝛ q̄ꝫra testimonia doctores eccl'ie de purgatorio ꝛ suffragijs quib⁹ purgandi iuuari possunt ꝑ hibeant testant sacri canōes distin. xxv. para. alias ꝛ eadē distin. Qui in aliud seculū. ꝛ ca. qualis. de pe. dist. vij. in fine nullus. et xiij. q. ij. c. tps. c. animæ. c. non estimemus. ꝛ ḋ cele. missa. c. cum marthe in fine. ꝛ magister li. iiij. dist. xlv. Uerūtñ glo. magna. c. tps. xiij. q. ij. nominās mediocriter malos q̄ in mortali decesserunt Augustini verba non sane intelligit: qm̄ talib⁹ suffragia nulla prodesse possunt: vt patet per doctores in. iiij. distin. xlv. ꝛ diuū Augustinū de verbis Apostoli q̄ ait. Frustra his pietatis officia īpendia suis: q̄ sine fide opante ꝑ dilectionē: eiusq; sacramētis de corpe exierint. tales aūt sunt oēs qui in mortali: q̄uis vnico decedūt; igitur.

Math
ibidem
Grego
i.Cor
Augu
Canon
Petru
bardu
Augu

Ubi aut in qua mundi parte purgatoriū sit/pena qualis/q̄ tortores in eo quantū purgandi adiuuari a viuis desiderāt q̄uis patienter penā hanc sustineant. Cap. XLIIII. Di.

Abunde de purgatorio sniam scripturaꝝ testimonijs solidasti: sed vbi sit nondū ostendisti. Ma. Hugo de sctō victore li. ij. de sacramentis pte. xvi. c. iiij. astruit hunc locū oīno non esse determinatū. Et fortassis inq̄t ꝓbabilius erit: vt in his potissimū locis singuli penā sustinere credant: in q̄b⁹ culpā cōmiserūt. Hoc doctores theologie in. iiij. sup mgr̄m distin. xx. cōcedūt de quibusdā singulari dispensatione dei nō oībus: qm̄ sm̄ cōmunē legē hunc tormētoꝝ locum consistere circa infernū fuisse de mente diui Gregorij quarto dyalogoꝝ claret
Ne tibi cure sit ḋ loco purgatorij: sed quō hic ꝑ penitentie lamenta de peccatis satisfacias: et penā hanc acerbissimā euadas. Nā iuxta beati Augustini traditionē. Qui in aliud seculū distulit fructū cōuersionis prius purgādus est igne purgationis. hic ignis ꝛ si eternus nō sit: miro tñ modo grauis est. excellit eñ oēm penā q̄ꝫ vnq̄ꝫ aliq̄s passus est in hac vita. nunq̄ꝫ in carne inuēta est tanta pena: licꝫ mirabilia martyres passi sint tormenta: et multi neq̄ter q̄ꝫta sepe sustinuerūt supplicia. de peñ. disti. vltima circa finē. ꝛ dist. c. Qui in aliud seculū. ꝛ iiij. senten. dist. xx. Et rursus Aug. in de verbis apl'i. sermone de igne purgatorij ḋt. Ille ignis purgatorius durior erit q̄ꝫ q̄d potest in hoc seculo penaꝝ videri aut cogitari aut sentiri. Di. Memini nōnulla Maronem in. 6. eneiḋ. de grauitate penaꝝ purgatorij disseruisse. Mag. Nec mirum si platonicus de hac re Platonicorum sniam descripsit. Nā post q̄ꝫ alas in corporib⁹ quattuor passionibus affici cōmemorasset; que sunt me

Hug
Greg
Augu
pe.li.
ten.d

tus:cupiditas:gaudiū:⁊ tristicia:subiungit ꝗꝝ in alio seculo passure sint: si immūde exierunt.⁊ sic.6.eneid. Quin ⁊ supmo cū lumine vita relinq̄t (.i. cū nouissimo die vita relinq̄t corp⁹) Non tñ oīe malū miseris nec funditꝰ oīs corpee excedūt pestes:penitusq̄ necesse est Multa diu cōcreta modis inolescere miris. Ergo exercent penis.veterūq̄ maloꝝ supplicia expendunt: aliꝫ pandunt̄ manes suspense ad ventos:alijs sub gurgite vasto infectum eluit̄ scelus:aut exuritur igni. Di. Plane Vergilius hic aīas in aere: aq̄ ⁊ igne purgari exposuit. Sꝫ dic q̄so q̄ tortores in hoc loco existūt. Ma. In certū diffiniri quis poterit? Opinant̄ aūt nō infime auctoritat̄ theologi:q̄ sola iusticia diuina purgādos igne mediante vti instrumēto torquer: q̄uis illuc ab angelis bonis deducant:⁊ fortasse mali sequant̄:vt assistentes saltē penis eoꝝ satient̄:quos a virtut̄ tramite penitus deijcere nō potuerūt. Non aūt equū videt̄ illos a demonibꝫ torq̄ri:quos dū viuerent diuina adiuti gratia vicerūt. Di. Assentio facillime:sed nūq̄d patienter ferūt purgandi tam acerbas penas? Ma. Patiēter. Nouerūt enī q̄ iuste hec patiunt:⁊ iusticiā diligūt:nec aliter se ad celestia gaudia pucnire posse sciūt:donec nouissimū quadrantē reddant:aut suffragijs adiuuent̄. Vñ in psona taliū animarum sanctus Job dicit. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Sed heu surda aure hos clamores audimꝰ pentes filioꝝ:⁊ filij parentum:nec attendimus q̄to desiderio anhelant ad consortia beatoꝝ ascendere:ad quos certissimas spe sperant se pucnire. De ipis enī in libro Sap. dicit̄. Spes illoꝝ immortalitate plena est. Sed de his hactenus:ad inferiora descendamus. Di. I prere sequar.

Virgilius.

Thomas.
Bonauen.

Job.

Sapientia.

De Limbo pueroꝝ.⁊ si paruuli nō baptisati sensus penā suistineāt:⁊ qualiter post resurrectionē pmanebūt. Ca.XLV. Mag.

Ab purgatorio iuxta pmissam partitionē cāpi miserie Limbꝰ est paruuloꝝ. Quāuis nōnulli inferiorē ptem Limbi patrū pueris deputatā credant. Pueris inq̄ꝫ nō oībꝫ sed sine baptismat̄ lauacro decedētibꝫ ante vsum rōnis. De illis ⁊ si ex canone sacre scripture nihil certū haberi possit. Augu. tñ nō pauca disseruit. In libro eodē de fide ad petrū in declaratiōe fidei ait: illos insolubili nexu in eterna dānatione retineri. Et paulo inferius. Qualitas male vite ab infidelitate incipit q̄ ab original̄ peccati reatu initiū sumit:in q̄ quisq̄s viuere ita incipit.vt ante siniat vitā q̄ ab eius obligatione soluat̄:si vnius diei vel vnius hore spacio aīa illa vixit in corpe:necesse est eam cū eodē corpe interminabilia gehenne sustinere supplicia:vbi diabolus cū angelis suis in eternū arsurus est.⁊c. Et in eodē libro.ca.24.et est de cōse.distin.iiij.c.firmissime tene.⁊ nullatēus dubites:puulos q̄ sine sacramēto sancti baptismat̄ de hoc seculo transeūt:ignis eterni supplicio puniēdos. Et in libello de origine aīe ad sanctū Hiero. multis repetitisq̄ vicibꝫ animas taliū dānandas astruit:⁊ silr̄ i alijs scriptis suis diuersis:que longū esset cōmemorare. Di. Dura nimis ⁊ crudel̄ hec videt̄ assertio:vt pijssimus deꝰ cuiꝰ misericordie nō est numerus:eos tam crudeliter in eternū puniat ob solius originalis culpā:q̄ nec ppria voluptate ptraxerūt:nec in potestate habuerūt regenerationis sacri baptismatis sacramentū accipere vel respuere. Ma. Plurimi tecū sentiūt:⁊ in hac pte sanctū Augustinū negāt. Sed fortasse hoc q̄ nō parue ptinacie est crimē tātū doctorem in ea pte simpliciter negare:q̄ receptꝰ est a sacris canonibꝫ:dicto canone. Firmiter.⁊ de hereticis c.iij.⁊ a mult̄ sanct̄ ⁊ catholicis expositoribꝫ sustinet̄.vti videre est in doctoribꝫ sup quarto dist.4. Qm̄ si q̄s alia di

Augu.

ui Augustini opuscula non pigre legerit inueniet: qb⁊ predicta mitigare po Augu
terit. In Enchyridion qppe cap. 93. sic ait. Mitissima sane oim pena erit eo
rū: q preter peccatū qđ originale traxerunt nullū insup addiderūt. Et libro
de baptismate paruulo⁊. Recte potest dici (inquit) puulos sine baptismo de
cedentes mitissimā oim futuros sustinere penam. ⁊ est de ꝯsecratione distin-
ctione quarta. c. regenerante. Et amplius libro quinto ꝯ Iulianū. Ego ita-
ꝙ non dico paruulos sine baptismo morientes tanta pena esse plectendos. Math
vt eis melius esset non nasci: cum hec dominus de peccatore sceleratissimo
dixerit que aūt qlis ⁊ quāta erit: definire nō possumus: nō tn̄ audeo dicere
ꝙ eis vt nulli essent: ꝙ vt ibi essent potius expediret. Ecce fili trib⁊ testimo
nijs habes dicto⁊ que tibi crudelia visa sunt mitiorē intelligentiā ab ipso
auctore traditā. Aut verius ꝙ paruuli ignis eterni afflictionē nō sentiēt cer
tā limitationē. Di. Unde hoc vltimū argumētaris? Ma. Ex dictꝭ eiusdem
doctoris. ait qppe ſmone. xxvi. ad Heremitas. Melius est omi esse carere ꝙ
in inferno iacere. Et sctūs Hieroñ. sup Hieremiā. lib. iiij. Melius est nō esse Hiero
ꝙ viuere in supplicijs. Et sup Ecclesiasten. cap. 4. Melius est omnino nec
sensum hr̄e sub e ꝙ infeliciter vel esse vel viuere. Item rursum. Melius fue-
rat ei (scilicet Iude) omnino nō esse ꝙ eternos cruciatus ppeti. Sic igiꝭ. vt ꝯ
Iulianū scribit: non fuisse melius paruulis istis non nasci: ꝙ in sua dam-
natione esse manifeste ꝯcluditur: quia non veniunt in inferno eterno igne
cruciandi. Di. Euidens argumentatio. miror aūt cur sctūs Augustin⁹ in
prioribus auctoritatib⁊ terribilius in ꝟbis sonuerūt ꝙ sentire voluit. Ma.
Fortasse vt pestiferam heresim Pelagij ⁊ Celestij in Carhaginensi ꝯcilio (cui
interfuerat diuus pater) damnatā a fideliū aurib⁊ lōgius ppelleret. Hi equidē 24.q.
heretici hominē a seipo sine gr̄a posse iuste agere ⁊ paruulis baptisma ne-
cessariū nō esse: nec datū pdesse dogmatisauerant: cū sine illo saluari possēt
Contra quē errorē etiā in libello de origine anime ad sctm̄ Hieronymū ita
scripsit Quisqs dixerit ꝙ in xp̄o viuificabunꝭ etiā paruuli. q sine sacramen
ti ei⁹ pticipatiōe de vita exeunt: hic pfecto et ꝯ apl'icam pdicationē venit: ⁊
totā condēnat ecclesiā. Et in libro de baptismo paruulo⁊. ꝫ allit (inqt) ⁊ fal
litur q eos in dānatiōe predicat nō futuros: dicente Apl'o per delictū vnius
oēs homines in ꝯdemnatōe. ad Romanos ca. 5. ⁊ de cōsecra dist. iiij. canone ad Ro
Regenerāte. Di. In quali igiꝭ damnatōe erunt si vt deductū est cū ipijs
igne eterno nō ardebūt? Ma. Nunquid audisti: q⁊ dixit in auctoritate ꝯ
Iulianū. Que aūt: qualis aut quanta erit pena illo⁊: definire nō possumus
Dicit tn̄ ibidem: q⁊ in tenebris manent. ⁊ est de consecratiōe dist. iiij. cano-
ne. Nulla. He tenebre: vt nōnullis visum est interiores nō exteriores intelligē
de sunt: q⁊ scꝫ visione dei ineternū puati sunt. de baptis. c. 3. ⁊ libro scđo Sē-
tentia⁊ dist. xxxiij. Quantū aūt illud sit (haud dubiū q⁊ magnū) diu⁹ Aug.
terribilissimis ꝟbis⁊ sententijs explicare voluit. Uerūtn̄ vt ait scūs Bonauē Bona
tura in quarto dist. iiij. Uolūt quidā ꝙ paruuli de hac priuatōe nō dolebūt
sed diuino iudicio ⁊ misericordia faciente. de statu quē habebūt ꝯtēti erūt:
nouerūt enī (inqt idem doctor li. ij. dist. xxxiij. q. penultima ⁊ vltima.) ad quid
creati: ⁊ ob quā cām illo puati ⁊ ꝙ miseri sint in inferno inferiore sub ipis
ꝯstituti: diuino tn̄ iudicio eo⁊ cognitio ⁊ affectio ita equa lance libranꝭ: vt
nec dolorē vel afflictionē exteriorē vel interiorē sentiant: ⁊ ita ppetuanꝭ: vt
nec tristicia deijciat nec leticia reficiat: vt nec pficiāt nec deficiāt. sed semper
vniformiter manet: nec esurient: nec sitiēt ⁊ ꝙuis corpa gl'iosa habituri nō
sint i resurrectōe vltima: nihil tn̄ patiūꝭ precti dia ꝟtutetiā si in igne in-
fernali volutarenꝭ. hec Bonauētura. Di. Ex his manifestū diuū Augusti-
nū bene dixisse. qm̄ melius est his paruulis sic esse ꝙ oino nō esse. Ma.

Etiam fili. Sed sine ad ppositā methodū redeamus. nescio eñi quod in materiā etiā apud theologos nō plene digestā. stilo habenas amplius q̃ equū fuerit laxauerim. Di. Vis igitur in lacum inferiorem descendamus. Ma. q̃ celerrime.

Infernum esse vnusquisq̃ lege sua edoctus credere hz et qd sub terra sit sanctus Gregorius affirmat q̄ autem in illo pena q̃s cibo q̃s potus summarie enumeraf. Ca. XLVI. Ma.

Infernū esse reproboꝝ receptaculū argumēt̄ ꝛ scripturis stabilire quanq̃ opo(r)sum nō sit; consulto tn̄ ꝑterire liber; ne vltra q̃ opt(e)t in calce epitomat̄ lōgi⁹ digrediamur: aut rē ab vniuersitate gētiū creditā in dubiū reuocare vel saltē frustra demōstrare videamur. Iudeus a pphet̄ edoctus infernū credere necesse hz. Saracenus ex alchorano Mahumeti instruct⁹ infernū negare nō pōt. Christian⁹ multiplici euāgelioꝝ testimonio fulcit⁹ infernū esse nō in dubiū vertit sed quō euadat sumopere studet. Reliq̄ autē gentilitas nescio si aptius testimoniū de resurrectiōe vltima. ꝛ inferno q̃ beati Job gētil' asserre possit. Di. Saltē vbi infernus sit edoceas. Ma. Nūquid ego illic fui: vt situm eius ꝛ locū edicere possem? Di. Nec etiā in limbo aut purgatorio habitasti; attamē quid de his cantholici senserint clare disseruisti; itidē de inferno attemptes queso. Ma. Diuus Augustin⁹. xx. li. de ci. dei. c. 16. ait. Ignis eternus cuiusmōi. ꝛ in qua mūdi vel rerū parte futurus sit. hominem scire arbitror neminē. nisi forte cui diuinus reuelauerit spūs. Qd ego q̄dem in beato Gregorio cōpletū haud dubitauerim: quoniā infernū sub terra esse: maxime in libro dyalogoꝝ quarto astruit. Unde et Theodericū regem in Sicilia insula in ollam Uulcani deiectum fideli testimonio comprobat. Et Hieronymus Jone' scdo super illo vbo. Proiecisti me in profundum maris. Sicut cor est in medio animalis; sic infernus in medio terre esse phibet. In super terram fuisse apertam; et deglutisse Dathan et Abyron descendentes viuos in infernū scptura cōmemorat. Di. Plane de loco respōdisti; de pena aūt q̄d dicis? Ma. Nō mihi (Uirgilius inq̄t) si lingue cētū sint; oraq̃ cētū. Ferrea vox oēs scelerū ꝯphendere formas. Omia penarū ꝑcurrere nomina possem. Canit eñi regius ꝑpheta. Dñs pluet sup pctōres laq̄os ignis; sulfur spirit⁹ ꝑcellaꝝ ps calicis. id est passionis coꝝ. Di. Si hec pars in toto q̄ntum putas erit? Ma. Forte q in capitulo quadragesimo Ecclesiasticus ait. Furor zelus tumultus fluctuatio et timor mort̄ iracundia ꝑseuerās ꝛ ꝯtentio sanguis ꝛ romphea oppssiones fames cōtritio ꝛ flagella sup iniquos creata sunt hec oīa ꝛ sup pctōres septuplū. Et alibi caplo tricesimo nono addit bestiaꝝ dentes ꝛ scorpij ꝛ serpentes ꝛ romphea vindicans inexterminiū impios. Alludit beatissimus Moses in persona irati dñi Deutero. xxxii. di. Immittā in eos dentes bestiarū; ꝛ deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Quid plura: cum beatus Job ca. xxiiij. de impio dixerit. Omnis dolor irruet sup eum. ꝛ rursus ad nimium calorem transient ab aquis niuium. Si de cibo potuq̃ infernali queris audi legislatorē Mosen Deutero. xxxij. De vinea inquit Sodomoꝝ vinum eorum: et de suburbanis Gomorre. Di. Ciuitates has sulfure ꝛ igne in fauillam redactas scriptura loquit: ꝛ mare q mortuū vocant sub iordane testimoniū phibet. Ma. Sane qd sequitur ausculta. Uua coꝝ vua fellis ꝛ botri amarissimi. Fel draconū vinum eorum

Marginal notes: Judei / christiani / sarraceni; augustinu(s); gregorius.; hieronym⁹; psal. 105.; Uirgilius. in. 6. eneid; psalm̄.; ecclesiasti.; Moses. Deutro.; Job.; Deutro.; gen. c. 19.; deut. 32.

ꝛ venenum aspidū insanabile. Dn̄s ꝙ per hieremiam ait. Ecce ego cibabo hiere.
populū istum absinthio: et potum dabo eis aquā felis. Frustra conor sin-
gula ſmone explicare. cū iuxta Sapient̄ vocem orbis terrarum pugnaturus Sapie
sit contra insensatos vt per que peccat quis: per hec torqueat̄. Hinc magn⁹ ibid.c
Basilius. Feces omniū elementoꝝ ꝛ lesuras v̄tutes in fine mundi: ab ipis Basili
separandas et ad cruciatū maloꝝ in infernū mittendas astruit.

Si aut quomodo anime exute ab igne corporali pati possunt ꝛ qualiter sententie sanctoꝝ de his intelligende sint. Capitulum. XLVII. Discipulus.

Nunc igit̄ vsq ad finē mundi ꝛ corporū resumptiōes ab his cruciati
bus immunes sunt reproboꝝ anime? Ma. Nequaquā. qm̄ ista
elementoꝝ defecatio ad punitionis augmentū nō ad initiū futura
est. sicut et corporū resumptio. Di. Quomodo exute anime a corpo
ribꝫ prememorat̄ cruciari interim quibunt: cum corpora in spiritum agere
non possint: vti ex his que octauo libello disseruim⁹ claret? Ma. Ubi au-
ctor creaturaꝝ operat̄ vt vult ꝛ iusticia exigit: quid natura habeat aut pos
sit non magnificandū est. si eni ex nihilo cuncta in esse prodire iussit (dixit
enim et facta sunt) quid miraris si preter solitū nature cursum spiritus per
corpora puniri: an forte ita creat̄ causis potentiā suā alligauit. vt sine his a-
gere quicquam nō possit: hoc equidem quidā vanissimi philosophorū sense
runt. Di. Tales libro octauo vbi de causis disputatū est errasse cognoui.
Ma. Potest igit̄ dn̄s oīm preter causas secundas aut ɔsuetum earundem
ordinē operari? Di. Etiam. Ma. Non igitur impossibile videatur si spi
ritum per corpus castigat. Di. Non de possibilitate: sed de modo quero.
Ma. Quis nouit sensum dn̄i: aut quis consiliarius eius fuit: tu sic viuas vt
modū punitionis experientia non addiscas: quin illius cōtēplatione ꝛ me-
tu moderatioꝝ effectus eiusdem queas ꝛ cruciatus effugere. ꝛ futuris bonis
potiri. Sunt qui actionis passionisq naturas iuxta hūane philosophie tra-
ditionem attendentes: ignem ꝛ cetera que scriptura enumerat nō realia ſꝫ
imaginaria existimant. Alij aūt hec qdem omnia realia sed actionē imagi-
nariā esse ɔtendunt. Reliqui vero quoꝝ auctoritatē catholici nō spernunt: greg
ignem inferni realē ꝛ corporalē esse scripserūt et illo eodem igne spiritus in
corporeos vt sunt exute anime: ꝛ demones realiter cruciari fatentur. Nā di-
uus gregorius libro quarto dialogorum ignem infernalem corporeū dicere
non ambigit. et ꝙ animas exutas exurat hoc medio arguit Si (inqt) diabo
lus eiusq angeli cū sint incorporei: corporeo igne cruciādi sunt. Quid mirū
est si et anime anteq̄ recipiant corpa possint igne corporeo cruciari: si for-
te de antecedente dubitas audi Dn̄m in euāgelio Mathei ca. 25. Ite male-
dicti in ignē eternū q̄ paratus est diabolo et angelis ei⁹. Sētentie illi⁹ beat⁹
Gregori⁹ causam assignans li. nono moraliū. ca. l. ait. Quāuis angelorum at
q hominum natura sit longe dissimilis: vna tamen pena implicat quos
vnus in crimine reatus ligat. ꝛ venerabilis Hugo de sacrament̄. pte. xvi. ca.
iij. argumento Gregorij assentiēs ait. Uerisimile auctoritate sacri eloquij et
catholice v̄itat̄ testimonio probat̄ corporali ꝛ materiali igne: aias etiā nunc
ante susceptionē corpoꝝ cruciari. Quod aūt sanctus Gregorius scripsisse le
gitur: quod spiritus in eo ardent quod se ardentes vident: dictis minime
cōtrariatur. Nam cum spiritus instrumentorum siue organorū diuersitatē

nõ habeant: om̃is sensus illis eq̃lis est. ait Hugo vbi supra. vt videlicet sit il- Hugo
lis videre qđ tangere ꝛ tangere quod dolere. Vñ rursus in dialogo. Anima
nõ solũ videndo: sed experiẽdo incendiũ patit. Augu. aũt Aurelius lib de ci- Gregorius.
dei. xxi. ca. x. recitata opinione que spiritib; aerea corpora assignat. in quib; Augustin⁹.
ignis incendiũ patiant subiungit. Si aũt quisq̃ nulla hr̃e demones corpa
asseuerat: nõ est de hac re aut laborandũ operosa inq̃sitione. aut cõtensiosa
disputatione certandũ. Cur eñ nõ dicamus q̃uis miris. tamẽ veris modis
etiã spiritus incorporeos esse. et pena corporal' ignis affligi. si spirit⁹ hominũ
etiã ipsi ꝑfecto incorporei ꝛ tunc potuerit includi corporalib; mẽbris. ꝛ tunc
poterunt corpoꝝ suoꝝ vinculis insolubiliter alligari. Quod aũt idẽ Doctor
libro. xij. sup Genesim de infernali locu ꝛ tormentis disputat. in in retractatio
num libro quõ accipiendũ sit manifestat.

Quõ ignis spiritũ detinet. ꝛ ipse se detentũ attente cõsiderat insup ignẽ infernalẽ ꝛ penã esse eternã ꝓbatur. et opiniones sex enumerantur. Cap. XLVIII. Ma.

Rdinauit aũt iusticia diuina clementũ maxie afflictiuũ: vt super
bũ spm̃ quasi carcere detineat: ꝛ ip̃e detentũ ibidem attente consi- Psalm̃.
deret. ab eo quidẽ quem odio implicabili odit. dicente Psalmista.
Superbia eoꝝ q̃ te oderunt ascendit semp. Illud aũt quãtũ affli-
ctionis reprobis generet ex seip̃o coniicere hõ facillime posset. qui ab inimi-
cissimo sibi aliquo ꝑpetuis vincul' q̃uis sine alia molestia corpis deputat⁹
esset. Vñ nõnulli th[eo]logoꝝ hanc esse spirituũ ꝛ animaꝝ ante resurrectionẽ
xxi. gehennã tradiderũt. Di. Cũ aũt idem sic ignis oẽs detinens. eadẽ olm pe-
.16. na est. qđ sũme iusticie derogat. Ma. Idem q̃uis ignis oẽs inuoluat nõ
tñ eq̃liter exurit. nec oẽs eque intense se detentos ꝯsiderãt. diuina hoc ip̃m
18. opante iusticia teste scptura Apocalipsis capite decimooctauo. Quãtũ glori
ficauit se ꝛ in delicijs fuit. tantũ date illi tormentũ ꝛ luctũ. Nam dicente iu
stissimo legislatore. ꝓ mensura pcti erit et plagaꝝ modus. Di. Nõ erit igi
tur gehenna eterna queadmodũ euangeliũ cõminat sed finita queadmo-
dũ delectatio et nũerus pctõꝝ. aut aliã cãm eternitatis penaꝝ assignabis.
in⁹. Ma. Prompte. b. Augu. ait li. xxi. de ci. c. xij. Hõ factus est malo dign⁹ eter-
us no. qui hoc in se peremit bonũ qđ esse posset ineternũ. et sanctus Gregorius
dicit. Voluissent iniqui si potuissent sine fine viuere. vt potuissent sine fine
peccare. ostendunt qz in pctõ semp viuere cupiũt qui nunq̃ desinunt peccare
dũ viuũt. Ad magnã igit iusticiã iudicantis ꝑtinet. vt nunq̃ careant suppli-
cio q̃ in hac vita nunq̃ voluerũt carere pctõ. de pe. dist. in. pma para. voluis
sent. Perniciosissime igit errãt pmo qui tandẽ nõ solũ hoĩes om̃es. sed ꝛ de-
mones misedia dñi liberãdos autumant. q̃uis post multa annoꝝ curricu-
uz. la vt Origeniste. Hinc ꝛ poeta ait i sexto Eneidoꝝ. facilis descensus auerni
Noctes atq; dies patet atra ianua Ditis. Sed reuocare gradũ supasq; eua
dere ad auras. Hoc opus hic labor est. Errant scđo. qui sctõꝝ p̃cib; cunctos
saluandos existimant. Errant tertio: qui saltẽ om̃es baptisatos ꝛ euchari-
stie sacramẽto cõmunicatos ab eternis cruciatib; sequestrare contendunt.
Errant nihilomin⁹ quarto. qui hanc sniam ad eos retorquẽt: qui dicta sa
cramenta in vera fide ꝯsequũtur: licet postea in heresim labantur. Non mi-
nus deuiant a veritatis tramite: qui solã Christi fidẽ vsq; in mortis articulũ
seruatã sufficere arbitrant. cũ iuxta apostolicã doctrinã fides sine operibus
mortua sit. Demũ longe a regno dei absunt qui facientib; opa misedie q̃[uis]

uis alias maliciose egerint finalē salutē ꝑmittunt. Tantoꝝ erroꝝ figmēta
τ scripturaꝝ pallus quibꝫ imitātur: diuus Augu. nō tam abunde ꝙ doctissi
Augustin⁹. me libro de ciui. dei. xx.a. ca. xvij. vsqꝫ in finem redarguit. et eternitatem ge-
hennalis incendij luculentissime ꝓbauit.

Corpora Damnatoꝝ sine cōsumptione eternaliter posse ī infernalibꝫ tormētis ꝑmanere edocet quibusdā mirabilibꝫ nūc in mūdo reptis. quō hic ignis sine lignis sp esse possit. et si repbis ad aliq̄d luceat aucto. scti Grego. determinat. Ca. vltimū. Di.

Acris eloquijs τ tante auctoritatē doctoribꝫ facillime assentior: sꝫ
quō damnatoꝝ corpa edoces gehēne flāmas sine incineratione
τ ꝯsumptionē in sempiternū sustinere possint intellectu difficile
Insup τ corpalē ignē qualis est infernalis sine corporeis fomē-
tis diutius posse consistere ex pbia cōuincit impossibile. Magi.
p̄monui pauloante hoc obtutū mentis nō ad mundane imp
fectēqꝫ pbie traditionē: sed ad summe iusticię hic puniētē omnipotentiā cō-
uertendū: que tanta insolita τ mira fecit in mundo sensibili. vt hoꝝ ꝯsidera
tione: nec de quo hesitas oīno videatur impossibile. Salamandra viuit in
igne. nōnullū genus vermiū in calidarū aquaꝝ scaturigine reperit. Nouissi
mi Sicilię montes qui tanta diuturnitate tempis atqꝫ vetustate vsqꝫ nunc
τ deinceps flāmis estuant. atqꝫ integri pseuerant: satis idonei testes sunt (in
quit Augustinus li. xxi. de ciui. ca. 4.) nō omne quod ardet absumi. Pretermit
Augustin⁹. to breuitatis causa alia mira q̄ tantus doctor contra incredulos in eodem
libro cōmemorat. Beatus item Gregorius libro .xv. moraliū ca. 50. testatur.
Hac pbreui sententia quę li. Job. c. xx. scribitur. quod tu in dubiū vertis lu-
culenter dissolui. dicit nempe. Deuorabit eum ignis qui nō succendet. Quia
Gregorius (inquit Gregorius) omnipotentis iusticia futuroꝝ prescia: ab ipsa mūdi ori-
Job. xx. gine gehenne ignem creauit: qui in penam reprobroꝝ esse semel inciperet: sꝫ
ardorem suū etiā sine lignis nūꝙ finiret. Cum enī sit corporeus τ in se mis
sos reprobos corporaliter exurat: nec studeo hūano succendit: nec lignis nu
tritur: sed creatus semel durat inextinguibilis τ succensione nō indiget: τ ar
dore nō caret. Aliud insup mirū in hoc igne dictus sanctus Gregorius pa-
pa libro. 9. moraliū. ca. 49. esse affirmat. Di. Quod? Ma. Quia gehenne
flāma reprobis nequaꝙ lucet ad cōsolationis gratiā: τ tamē lucet ad penā
nam sequaces quosqꝫ suos secum in tormento reprobi: flāma illustrante vi
suri sunt. quorū amore deliquerunt. qtenus qui coꝝ vitā carnaliter cōtra p̄-
cepta cōditoris amauerūt: ipsoꝝ quoqꝫ eos interitus in augmento sue dā-
nationis affligat. Di. Heu heuꝙ pauci intendunt. quę scriptura τ sancti
viri de inferorū perpetuo cruciatu testātur. Ma. Ideo vt dn̄s ait. lata por Math.
ta τ speciosa est vita que ducit ad ꝑditionē: τ multi sunt qui intrant p eā.
Angusta aūt porta τ arta via est que ducit ad vitam: τ pauci sunt qui in-
ueniunt eam. Di. Docti fortasse tm̄ qui beatorū gl'iam pariter τ damna-
torum imensem penā ex scripturis nouerunt? Ma. Nequaꝙ. non enī (scri
bit Paulus Romanis) auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores le Ad R
gis iustificabuntur. Et rursus scientiā inflare testatus est. Inflati autem τ
tumidi Angustam portā intrare minime possunt.

Sequitur Liber. xij. qui est Pbie moralis.

Liber. XII. De principiis Philosophie moralis qd scientia ad acquisitionem virtutum ꝛ bene viuendum necessaria sit ꝛ meriti magni. Cap. I. Ma.

Salue fili. Di. Et tu preceptor colendissime. Ma. Unde
hec mesticia: quā ꝛ vultus et gressus tardior in te osten
tant? Di. Quia me a felicitatꝭ culmine lōgius deiectū
inuenio. Ma. Quā ob cām? Di. Faustū felicēq̄ me
existimabā: si q̄si phie (cuius ad ethera vsq̄ laudes extol
lebas) pncipia rerū quoq̄ causas cognoscerē verū longe
aliter euenire ex his que hesterno vespi disseruim⁹ intel
ligo. Artissimā nempe que ducit in campū glie viā: latis
simā vero que ad campū miserie aditū pstat ipo verita
tis ore cōprobasti. Rursus etiā sciam instare apli voce
ostendisti: ꝛ cū hac q̄ plures apud inferos oclusos docuisti. Ma. Paucis
admodū q̄ cōmemoras: sed irrefragabilib⁹ testimonijs cprobata sunt nō tm̄
phie aut cuiusuis scie studiū vel ascensum vl' campū glie impedire: vl' descē
sum in miseriā cōpellere. sed ad illā virtutib⁹ cōscendere. ad hāc vitijs delabi
posse queq̄ dissertū est. Resipisce igit paululū. nec te phie inseruisse tantisp
penitebit. Hec em̄ charitate suffulta callē virtutū aperit. ꝛ viā vitioꝝ pclu
dit. Sine scia quippe (vt diuus Aurelius li. xij. de trinitate testatur. ca. xiiij)
nec vtutes ipe qbus recte viuit haberi possunt: p quas hec vita misera sic
gubernet: vt ad illā que vere btā est pueniat eternā. Rursus q̄ hac pollent:
deū hic saltē p speculū ꝛ enigma: ꝛ alibi facie ad faciē limpidi⁹ cognoscent.
Nōne noctycorax hō ꝛ aqla etiā in eadem ppinquitate ad solē ipm diuerse
vidēt. scḋm acuitionē ꝛ vigorē oculoꝝ: Hinc ppha Daniel. Qui docti fuerit ful
gebūt q̄si splendor firmamēti: ꝛ q̄ ad iusticiā erudiūt mltos q̄si stelle in ppe
tuas eternitates. Nec illa phie ps q̄ humanaꝝ rerū noticiā pollicet. cui⁹ ꝛ tu
pncipia plibasti pptersse cquirēda est: s; vt moralitati studioue bn̄ viuēdi
cōiuncta in rerū diuinarū agnitionē aggressuz parat: vtrāq̄ em̄ phie descp
tio (q̄s operi pmissaz memini) cōplectit. Di. Ita est. Ma. Et Lactanti⁹ li.
de falsa sapia ait. Uirtus aūt cū scia iuncta sapia est. Discussa igit rōnali ꝛ
naturali: moralē (si liber) pcurramus. Di. Libet ꝛ quidē maxime.

De diuisione philosophie moralis in Ethicam: Politicā: Economicā: ꝛ Monasticā: ꝛ qd duplici. via mala cohibent pena. s. virtutū: laude: ꝛ de ordine dicendoꝝ. Cap. II. Mag.

Philosophie pars quā Moralē dicūt humanoꝝ actuū regimē pā
dit virtutū et vitiorum oppositorū rationes explicat. ꝛ in quo
demū hoīs felicitas cōsistere possit pquirit. Hanc in Ethicam. Phia moralis.
Politicam. Economicā. ꝛ Monasticā diuidunt. Ethica de vtu Ethica.
tib⁹ vitijs ꝛ felicitate hoīs differit. Politica regimē multitudi Politica
nis regni vel ciuitatis. Economica vni⁹ familie aut domus. Monastica pri Econōica.
uati hoīs gubernationē edocet. Primā si haud segnes lustrauerim⁹: aliarū Monastica.
ptem non minimā expeditam cognoscemus. omnes em̄ qui vel multitudinis
vel domus vel suijpsius curā gerunt. callē virtutū ambulandū pollicitatio Iuuenalis.
nibus ꝛ exhortationib⁹ pcurāt. Quis em̄ (inquit Iuuenalis satyra quarta)
virtutē amplectit ipm pmia si tollas? Uiā aūt vitioꝝ legib⁹ mltiplicib⁹ cohi
bent. ꝛ necessario quidē. Nam om̄is etas ab adolescentia pna est ad malū.

Deñ.viij.z.xij.q.i.ols etas. Multi aũt nõ amore ꝟtutis: sed timore pene de-
clinant pauciores ꝟo animi sui passiones ne in vitia ꝯsurgant: virtutibꝫ co-
hercere studẽt. Nã vt in eplis testat Horatius. Oderũt peccare boni virtutꝭ
amore. Oderũt peccare mali formidine pene. Dicente aũt scptura. Stultoꝝ i-
finitus est nũerus. Et Lactanti⁹ firmian⁹ in exordio institutionũ suaꝝ ad-
uersus gentes scribit. Quia virtutibꝫ amaritudo pmixta est: vitia ꝟo volup
tate cõdita sunt: illa offensi hac deliniti ferunt in pceps: ac bonoꝝ specie fal
si: mala p bonis amplectunt. Di. Primũ igit qd ꝟtus: deinde q̃ ani passio
nes ꝟtutibꝫ cohercende: demũ virtutũ z oppositoꝝ vitioꝝ rõnes speali⁹ inda
gãde sunt. Eo nãqꝫ seruato ordine singula memorie cõmendare erit facili⁹.

Lactanti⁹ — Hora

Quid virtus: quõ sit mediũ: qualia extrema: mediũ q̃liter su-mendũ z attingendũ: virtutes quõ acq̃rende. Cap. III. Ma.

Aristoteles

Uirtus vt principiũ.

Ristoteles in secũdo li. Ethicoꝝ. virtutẽ z quo ad principiũ di
rectiuũ: z qua ad actũ describit. Di. In ordine ad principiũ
directiuũ q̃liter? Ma. Uirtus est habitus electiuus in medio
existens q̃ ad nos: determinata rõne. vt sapiẽs determinabit
Habitũ dicit virtutẽ: vt genus ei⁹ ostendat ppinquũ. Est eñ
ꝟtus q̃litas ani nõ oĩs: sed que habit⁹ dici solet. habit⁹ qdẽ
a volũtate elicitus: z recta rõne determinat⁹. Potentie aũt z passiones que
etiã in aĩa inueniunt ꝟtutes nõ sunt: qꝛ naturaliter z sine electione insũt
ideo ab his nec laudamur nec vituperamur sicut a virtutibꝫ. In medio autẽ
virtus existit duoꝝ. s. extremoꝝ: vni⁹ quidẽ ꝟm supfluitatẽ: alterius aũt ꝟm
indigentiã. et hoc quidẽ ꝟm substantiã ꝟtutis. nã ꝟm rõnem boni est opti-
mũ in illo genere: z ita extremũ. Ambo aũt vitia (qꝛ a recta rõne ꝟm plus z
minus deuiant) alterã extremitatẽ obtinent. Addit aũt quo ad nos: nõ ꝟm
rem: qđ eñ vni multũ est: alteri cõueniens reperit. At qꝛ rectitudo circa me
diũ in indiuisibili est: ideo bñ agere ꝯtingit vno mõ tñ: peccare aũt modis
infinitis. Difficile est eñ tangere mediũ z id tenere. Facile aũt circũquaqꝫ
ab eodẽ discedere: queadmodũ videre est in sagitarijs: quoꝝ is tñ centrum
designatũ ꝯtingit: qui p lineã rectã sagittã dirigit: ceteri aũt plus z minus
declinant. Determinatio igit in virtute nõ cuiuslibet: sed sapient est ꝟm di
ctamẽ rõnis recte. Cõformem virtut definitionẽ diuus Aurelius libro de q̃
titate aĩe potius dicens. Uirtus est eq̃litas q̃dam vite: vndiqꝫ cõsonans ra
tioni. Di. In ordine aũt ad actũ q̃liter virtus definit? Ma. Uirtus est q̃
bonũ facit habentẽ: z opus eius bonũ reddit. Utrãuis aũt z que principiũ
z que actu n explicat. Augu. in li. ij. de libero arbitrio in vna complectit: cũ
ait. Uirtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur: qua male nemo vtit
tur: quã deus in nobis sine nobis opatur. Uirtus est qualitas non oĩs sed
bona. z habitus: non corpis sed mentis. Uitia autẽ z si habitus sunt ment
ad malũ inclinantes; a talibus tñ virtus discreta est: cum dicit qua recte vi
uitur. Tunc aũt recte viuitur: cum homo ꝟm rectaꝫ rõnem. vt vtiqꝫ sapiens
determinabit opatur: ab his aũt que ad bonũ z ad malũ esse possunt vir-
tus diuisa est cum addit: qua male nemo vtitur. Licet eñ virtutibꝫ vt ob-
iectis male z in superbiã quis vtatur. actu tñ virtutis z vt virtus est habi-
tus directiuus: male nemo vtit. Hec definitio cõmunis est oĩbus virtutibꝫ
Qđ aũt adiectũ est: quã deus in nobis sine nobis opatur: infusas ab acqui
sitis secernit. Quedã eñ virtutes sũt q̃ nullo humano conamie haberi pos-
sunt: sed sola dei largitate anime infundunt. vt sunt fides: spes: z charitas:

Passiones nõ sunt virtutes.

Aug

Uirt

quas deus in nobis sine nob̄ opatur.sine nobis.q̄dem agentib⁊:nob̄ tñ vel
nō resistentib⁊ vl̄ cōsentientib⁊: in ceteris aūt etiā nobis agentib⁊ cooperat̄.
Et has ptim doctrina:ptim assuefactione conq̄rimus.Doctrina q̄dē:si q̄d
bonū vel malū: licitū vel illicitū:bene maleue fiat aliquo docente cognosci
mus.Hinc Seneca ait.Uirtus sine studio sui esse non potest.Assuefactione
vo si id qd̄ bonū cognouim⁹ opamur ⁊ diligimus.nō eñi(inquit.Augu.li.xi.
de ci.dei.c.xxviij)qui scit qd̄ bonū est:vir bonus dicit̄: sed qui diligit bonuȝ
qd̄ scit.Queādmodū aūt vna hyrundo nō facit ver:nec dies vna calida esta
te:sic nec opatio vna bona v̄tutē.⁊ mala vitiū.Ex actib⁊ aūt frequēter rei
teratis generat̄ habit⁹.⁊ quidē tales q̄les sunt actus.Uñ nō modicū differt
iuuenes bene vl̄ male asuesci.Alterat eñi cōsuetudo naturā.maxime aūt in
his in quib⁊ preuiā dispositiōeȝ.reperit maiorē:⁊ animi passionē magis aut
minus radicatā.Nam Tullio teste.ingenijs nostris innata sunt semina vir
tutū:q̄ si adolescere liceret:ipa nos ad btām vitam natura pducerent. Di.
De talib⁊ vt nunc disseramus p̄missorum ordo expostulat.

De passionib⁊ cōcupiscibilis: que sunt cōcupiscentia: desideriū gaudium:leticia:amor:odium:fastidium:abbominatio:acedia inuidia:dolor:tristicia:⁊ misericordia. Cap.IIII. Ma.

Passiones siue affectiones anī sunt q̄s a cōcupiscibili ⁊ irascibili
potētijs ⁊ obiectis haꝝ exoriri dixim⁹.Cōcupiscibil̄ nāq̄ȝ in ob- Passio con
iectū suū qd̄ est bonū delectabile fert̄: vel ꝑm placentiā vel di- cupiscibilis
splicentiā.Placentia aūt esse pōt respectu boni vl̄ mali.Boni q̄
dē p̄prij vel alteri⁹.rursus aūt p̄prij distant̄ vel cōiuncti. si di-
stantis ⁊ p appetitū simplicē est cōcupiscētia p appetitū in tensuȝ:⁊ est desi
deriū.Placētia aūt de boni p̄prij ⁊ cōiuncti adeptione:est gaudiū.de vsu et
fruitione.est leticia animi quidē:cū sit circa disciplinas cōtemplatiuas cor-
pis:si fiat circa gustū ⁊ tactū. Quaꝝ q̄dam fiunt necessarie ⁊ naturales. vt
nutrire ⁊ indigentie succurrere.q̄dam naturales.sed necessarie nō sūt. vt ge
nerare.Cōmendat̄ eñi etiā v̄ginitas.Alie ɔtra naturā sunt ⁊ sp fugiende.vt
gula.ebrietas.luxuria.ornatus sup̄fluus.⁊ his filia.Placentia vero respectu Amor
boni alteri⁹ in nobis amorē siue dilectionē efficit:cū alteri bonū appetimus Dilectio
Sed placentia mali respectu p̄prij esse nō pōt (nemo eñi vnq̄ȝ carnē suā p-
priā odio habuit.inq̄t apls ad Ephe.v.)sed respectu alieni:⁊ odiū causat. Odium
Malū eñi appetim⁹ his q̄s odio habem⁹.qd̄ si inueterasceret:in rancorē verte Rancor
tur. Di. Cōcupiscibilis vero q̄ in delectabile fert̄ ꝑm displicentiā q̄s efficit Displicētia
passiones? Ma. Displicentia vel est respectu boni vl̄ mali.Si boni:aut p
prij aut alieni.Rursus si p̄prij:aut cōiuncti vel absent̄.Si cōiuncti fit fasti
diū:q̄ est simplex respuitio illius boni.⁊ abhoīatio:que est ardens ⁊ intensa Acedia
respuitio illius boni.Si absent̄ fit acedia. que bonū tale adipisci negligit.
Displicentia aūt boni alieni est inuidia.Uñ in eplis Horatius.Inuidus al
terius marcescit reb⁊ opimis.At vero displicentia respectu mali est vl̄ p̄prij
vel alieni.si p̄prij erit dolor:qui ē afflictio ex absentia cōuenient̄.et tristicia
ex p̄sentia discōuenientis.Si aūt displicētia fit respectu mali alieni.miscōia
dici pōt. Di. Ex his sextuplicē in passionib⁊ cōcupiscibilis colligo ɔtrarie-
tatē.Prima cōcupiscere ⁊ fastidire.Scōa desiderare ⁊ abhoīare.Tertia gau
dere ⁊ dolere.Quarta letari ⁊ tristari. Quinta amare siue diligere et odire.
Sexta misereri ⁊ inuidere. Ma. Scite.mēbra p̄ncipalia in vnū colligis:nec
omīmodā illoꝝ cōuenientiā aut distinctionē exq̄rere epitomat̄ breuitas ad
mittit. Di. Scio.Irascibilem igit̄ simili compendio pcurramus.

De passionib⁹ irascibilis que sunt Ambitio: Paupertas spiri/tus: Spes: Desperatio: Supbia: Humilitas: Dominatio: Subiectio: Contēptus: Reuerētia: Audacia: Penitētia: Ira: Impatientia: Timor: ⁊ Magnanimitas. Ca.V. Ma.

Passio irascibilis.

Irascibilis in obiectū suū qđ est arduū ⁊ difficile fert̄ ꝑ robur et
debilitatē. ẜm robur q̄dem ꝑ modū ꝓsecutionis. ẜm debilitatē
ꝟo ꝑ modū fuge. Prosequēdo tendit vl̄ in bonū: vel insurgit cō/
tra malū. Rursus in bonū honoris vl̄ excellentie. Qđ si distans
fuerit: tendit ꝑ ambitionē que est appetit⁹ talis boni simpliter.
aut ꝑ spem. q̄ est appetitus tal̄ boni cū ꝯfidentia obtinendi. In obtentū ꝟo
bonū honoris: tendit ꝑ superbiā dn̄ationē ⁊ cōtemptū. Supbia eq̄dem alios
cupit excellere. Dn̄atio p̄esse. Cōtemptus subiectos ꝑuipendere. Cōtra malum
aūt insurgit vl̄ memoratū vel p̄sens vl̄ expectatū ꝑ audaciā irā: ⁊ magnani
mitatē. Di. Scđm debilitatē ꝟo ⁊ ꝑ modū fuge quo tendit? Ma. A bo
no vl̄ malo. a bono dico honoris vl̄ excellentie: p̄senti vel absenti. Si a bono
honorabili p̄senti ꝓprio erit hūilitas. Si ab alieno. erit reuerētia ⁊ subiectio
A bono aūt absēti ꝓprio si resilit: pauptas spūs est. ⁊ simplex illi⁹ fuga vel
desperatio. ⁊ est fuga intensa ꝓpter diffidentiā obtinendi. A malo aūt p̄teri
to fugit ꝑ penitentiā. a p̄senti ꝑ impatientiā. a futuro ꝑ timorē. Qui si fiat
in app̄hendendo ẜm dispositionē ꝓximā agonia dicit̄. ẜm dispositionē ꝟo re
motā ex imaginatōe magna fit admiratio. ex īsolita stupor. In opando aūt
respectu mali futuri. est aut segnicies respectu mali in ope. aut erubescētia
respectu mali in ꝟbo. aut verecūdia respectu mali ī opinione. Di. His etiā
facile oppositōes passionū ī irascibili colligo. Cōtraria ē eīn ambitioni pau/
ptas spūs: Spei desperatio Supbie hūilitas: Dn̄ationi subiectio: Contēptui
reuerētia: Audacie pn̄itia: Ire impatientia: ⁊ timor magnanimitati. Ma.
Probe. Possunt tn̄ passiōes Irascibilis ⁊ Cōcupiscibil' lati⁹ dilatari: ⁊ ad du
as vl̄ q̄ttuor poti⁹ restringi. Dilationē in ꝓcessu de ꝟtutib⁹ ⁊ vitijs videbi/
mus: restrictionē ꝟo paucis ędicemus. Concupiscibilis nēpe de bono p̄senti
gaudet: de futuro sperat. Irascibilis de malo p̄senti tristat̄: de futuro timet.

Quattuor passiones que sunt Leticia: Tristicia: Timor siue metus: Cupiditas in brutis ⁊ etiā in humana volun/tate inueniunt̄ vt Augustinus astruit. Cap.VI. Di.

Sed dic queso cōiuncti tm̄ sunt an ne etiā animi sepati? Ma.
Concupiscibilē ⁊ irascibilē sensualitat̄ ⁊ volūtatis esse li.x. supra
audiuim⁹: nec passiones a sensualitate que in brutis est sine rō
ne secludimus gaudet eīn leo de preda app̄hensa: sperat de ca
quā trino ꝓsequit̄ saltu: tristat̄ de quartana febre quā actu patit̄. timet de
eadē que ꝓximo reuertit̄. In volūtate aūt a sensualitate ⁊ carnis infirmita
Icut res eedem sunt penes omnes: sic affectus animique conceptus naturales rerū similitudinē ptē dentes: iuxta Aristotel' sniaz primo Periherme. ecdem existunt. Sic & ab initio labiū vnū deus cōdidit. sermonēque eundē sacro id cōtestante eloquio. Geñ. xi. Ut pariter et ad placitū instituta verborū signacula a signatarū rerū nō exorbitarent natura. Sed effecit apud hoīes primeuos linguarū confusionē: que antea iam & in angulis fuerat opata ruinam: pestifera illa multūque execrabilis supbia. Qua pmoti oriētales illi tū corpe tum mente conditiōis elati hoīes regnū affectarent celeste. Neue foret terris securior arduus ether. Altaque struxerūt cōgestam ad sidera turrim. At ppie artis zelotes dn̄s omp̄s pater: supbieque durissimus vindex. Juxta familiarū numerū & genera diuisit linguarū. Quo factū extitit: vt alterutrum iussa negligētes: op⁹ dimiserūt impfectū. Dispersi itaque in terre diuersa climata ꝑmoīb⁹ sunt etiā plurib⁹ locuti. Sola autez hebrea familia diuina dispositione: pristine lingue vsum retinuit: a quo fuit extunc hebraica cognoīata: eiusmōi aūt lingue hoīes Strabo cosmographus in. xiiij. libro tradidit: ab initio barbaros appellatos cōficto noīe: non qꝛ penitus apud eos loquendi sit iners ratio. Habēt em̄ ad regulā ideoma cōpositū: grāmaticāque artē exercent. Sed qꝛ difficulter/aspere/ dureque loquūt. Cognata tn̄ plurimū rebus nomia adinueniētes. Omes aūt orientales nationes moleste ferunt barbarorū nomē. Preter illū cum suo populo Moysen: qui palā se duriloquū: barbarūque esse non inficias iuit: idque memorieque litteris prodidit. Herodotus etiā (historie quē patrē noīant) libro secūdo egyptios asserit se nolle dici barbaros: magis vero cūctas ceteras natiōes: cū ob multā ruditatē ante multis tēpib⁹ nondū apud se inuētis litterarū characterib⁹ ipsarū rerū imaginib⁹ scripserint. Quia aūt abhorrēt et tam dedignant̄ hoc vocabulū: vtpote regioni sue ignominiosū estimātes: idcirco sunt ab hostib⁹ suis Judeis Barbari appellati cum dixerunt. In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Erubescant itaque egiptij Barbaros se dici: atque iniuriarum agant: at Moyses coram deo se Barbarum hoc

Aristotel
Genesis
Ouidius
hebreorum idioma primum
hebrei dicātur barbar

est crassilinguem grauiloquumqꝫ confiteri non est dedignatus
Exod. 4. cum ait. Mi domine: non sum vir elegantiarum sed grauiore ꝛ
graui lingua. Cum tamen, vt Eupolemus de regibus iude gre
Eupolem. Moyses cus historicus Moysen dicat apprime sapientem fuisse: et gra
maticam litterarumqꝫ cognitionem iudeis primus tradidisse.
Qui eam postea phenicibus ob viciniam sunt largiti: deindeqꝫ
phenices grecorū pueris ob alterna inter eosdē cōmertia rōnem
Isidorus distribuisse characterꝫ. Idipm ꝛ Isidorus sētit primo etymol.
grecas scꝫ litteras cū earundē denoīationibꝫ ab hebreorꝫ caracte
ribꝫ esse sūptas: vti ab aleph alphabetaqꝫ a bet sic et de nōnullis
alijs. Unde cū e grecorū fontibꝫ latinorū linguā scaturisse: indu
hebree ꝛ ī bitatū habeat ꝛ certū: recte hebreorꝫ scripturā antiquissimā con
littere anti cludit. Sed et primos hominū vniuersi rerū vetustissimarum
quissime. exquisitores semꝑ fuisse barbaros asseuerāt. Num deniqꝫ scrip
torū quisqꝫ (si illis non credit̄) inueniri possit Moysi qui sit an
Legis libri antiquissimi. tiquior: proferat̄ in mediū aliud volumen quoddam ante Tro
ianū excidiū per litteras memorie cōmendatū preter hebreoruꝫ
Tullius. codices. Nam post annos centūquinquaginta tandē primarij
grecorū vates Homerus ꝛ Hesiodus Cicerone teste Troiam
secuti sunt. Quibꝫ paulo prior Orpheus cum suis sacris fuit:
sed nihil ad hebreorꝫ Moysen qui valde longo tempe precedēs
scriptas leges codicibus demandauit: seu deus ꝑ ipm. Sicqꝫ igi
tur tempe fuit prior alijs scriptis hebreorꝫ sermo. sic vt puritate
sanctitate/ꝑcationū affluentia: ac deniqꝫ vtilitate omēs antecel
Puritas hebreorꝫ litterarum lit. Qd si de eiusdē puritate ambigit̄ comꝑent̄ lingue. examinen
tur scripture. ꝛ nulla purior inueniet̄ pudicitior nulla. Siquideꝫ
a puritatis cum sit ipa fonte deriuata: sermonis huius etiā san
sanctitas ctimoniā quis non plurimū demiretur: quo deus cū homine: et
homines cū angelis locuti perhibent̄: coram ꝛ non per interpteꝫ
faciead faciem: nō per antrū triphonij: nec delphoreni: tripodē
Zoroaster sed sicut solet amicus loqui cum amico. Unde ꝛ zoroaster prim⁹
ethnicorum theologus barbara verba (ob inditam eis a deo ip
so ad mirabilem virtutem) mutari vetat. Barbara intelligens
hebraica vel inde propinquius deriuata. Potuit nihilominus
ꝛ hominū creator: eorum indidisse nature linguam aliam curio
sam quācunqꝫ: an nō ꝛ ipē grecam ꝑfari eloquentiam valuisset:
sed et electo suo israelitico populo docēdo inspirasse potuisse qs
dubitat. Sed humillima semper amplectens altissimus: noluit
hāc primo homini cōplantādo adamasse demōstrauit. Insuper et
carnem assumpturus nō grecam: non latinam: sed hebream sibi

virginem̄ delegit in matrem. Sed et nobiscū viator ingrediēs et egrediēs: nunq̄d grecis aliquādo grece predicasse phibet. Nō ne et hi cū sint om̄es hebrei audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Siq̄dem loquebant (vt q̄dam dicunt) hebraice: quos singuli intelligebāt ppriis ac si linguis fati fuissēt Nō alias vt quis linguas flocci pēdendas putet sunt hec inducta. Quinimo sancto protestante Hieronimo christiani religioni q̄d vtilitatis obuenerit grecis litteris haud paucis dici posset sed vt nullam aliarum huic in sanctitate pponendam putares in medium sunt hec delata: nō tam ob autorū sanctitatē q̄ veterū anctoritatē. Mosaice deniq̄ legis sit stilus simplex: litteresq̄ cortex impolitus: nemo nisi q̄s non legerit ignorat: sed ob hoc minime contēnendus. Flosculi nanq̄ sermonū: elegātiarūq̄ venustas: post Moysen curiosis potius q̄ sinceris hominib⁹ est excogitata. Attamē q̄ sint sub corticis barbarie inscrutabilia fidei morūq̄ sacramenta studiosissimis quibusdā illarum litterarum exploratum iri contendit. Qualis fuit proculdubio nostris temporib⁹ vir ille vndecunq̄ doctissimus Joannes Picus comes Mirandulanus: nedum latinorum: grecorum: hebreorumq̄ disciplinis illustratus: sed et (vti ex scriptis suis videre possumus) arabum: saracenorumq̄ litteris eruditus: hic plane in fine Eptapli de Mosaica lege verba faciens dicit. Penes hebreorum profūdiores magistros esse paradoxō dogma: qd̄ vt in dubiū vno ore cōfirmāt Omniū artiū: om̄is discipline et diuine et humane integram cogniti onem in q̄nq̄ libris Mosaice legis ĭcludi dissimulatā aūt et occultatam in ipsis litteris quibus legis dictiones contexte sunt. In tota etenim lege resolutis vocabulis elementa eadem si diuulsa capiamus et iuxta regulas quas ipi tradūt: que de eis conflari dictiones possunt si rite tū positione: tum nexu coagmētemus futurum dicūt vt elucescāt nobis (si simus capaces occluse sapientie) mira de rebus multis secretissima dogmata eruiq̄ in lucem om̄em doctrinā secretaq̄ omniū liberalium disciplinarum. Hec vir ille prestātissimus: sicut nō probat asserens: ita nec negat contemnens: tum quia magnos hec opinio habere dicit autores. Tum quia de Moyse qui in tota dei domo se fidelem exhibuit: maiora etiam facile credi possunt. Eum autem virū in prima legis sententia eadē iuxta datas regulas practicantē qualia fidei. philosophieq̄ portenta obtunderint si scire velis eiusdem Eptapli fine m cōspicias videbis (ni ducar opinione falsa) quo modo sub hebraicarum litterarum colūbina simplicitate versu

Eptaplū

notabile.

Appollogia cia lateat serpentina. Siquidem vt in Appologia sua dicit idez Picus Mirādulanus. Sat erat vulgaribꝫ ꝛ ꝑ simplicē histori/ am/nūc dei potentiā:nūc in improbos iram in bonos clemētiaꝫ in om̄es iusticiā agnoscere:ꝛ ꝑ diuina salutariaꝗ̄ p̄cepta ad bn̄ eptapla beateꝗ̄ viuēdū:ꝛ cultū vere religiōis instituit:at misteria secreti ora:ꝛ sub legis cortice rudiꝗ̄ verboꝝ p̄textu latitātia altissime di uinitatis archana populo palā facere. Quid erat aliud q̄ꝫ dare sanctū canibꝫ:ꝛ inter porcos spargere margaritas. Ruditati ni bilominus auditorū qui splendorē discipline Mosaice ferre nō vtilitas hebraicarū litteraꝝ possunt:oportuit velata facie verba facere:ne qui illuminādi su scipiebant:nimio lumine excecarent. Hec ille in diuersis libroꝝ passibꝫ. Taliū itaꝗ̄ litterarū peritia quid vtilitatis, quid sciētię quid deuotiōis afferat.ac meriti:nedū bisce doctoris illius tra ditiōibꝫ claret:qui in primis legis characteribꝫ piculū faciēs di uina opitulāte clemētia (speciali que solet gratia adesse huius studiosis obseruatoribꝫ)talia fidei philosophicarūꝗ̄ dogmatū misteria cōquisiuit:qualia vix aliqua priscoꝝ doctoꝝ ex tota Bi blia colligi potuerūt. Sꝫ ꝛ idipm patet ex euidēti vtilitate quā moderni tempis theologi consequunt ex studiosissima legis in terpretatione doctissimi fratris Nicolai de Lira. de q̄ verū hoc Nicolaus de Lyra inter theologos prouerbiū terit. Nisi Lyra lirasset nemo docto rum in Bibliā saltasset. Huius tempis intelligo addi sic ꝛ huic posset:si nicolaus hebraicoꝝ litteraꝝ peritia caruisset: nequaꝗ̄ lire sonitus ad saltandū prouocāsset. Qd̄ si dicat post tantos tū Hieronymi:tum lire quorundāꝗ̄ aliorum labores huius ideo matis summopere studiosoꝝ:nedum non necessariam: sed nec vtilem esse modernis sacre theosophie cultoribꝫ huius lingue intelligentiā quandoquidē coꝝ inuentioni cū nihil supaddi pos sit:quin/om̄ia ad amussim rimauisse credant. Huic sane opini/ oni obuiat Aurelius Augustin⁹ ad volusionū in hęc verba scri Augusti. bens. Tanta inquit est sacrarum profunditas litterarum:vt in eis quottidie proficerem:si eas solas ab ineūte puericia vsꝗ̄ ad decrepitam senectaꝫ maximo ocio sūmo studio meliore ingenio conaret addiscere. Tam etiam multiplicibus misteriorū vmbra culis opaca intelligenda proficientibꝫ restant:tantaꝗ̄ non soluꝫ in verbis/quibus sunt ista dicta:verum et in rebus intelligen/ dis latet altitudo sapiētie. vt animosissimis/acutissimis flagrā/ tissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptu tura quodā in loco habet. Cum cōsumauerit homo tūc incipit hęc ille. Unde nec eos credendū est vsꝗ̄ adeo sacras hebreorum

litteras elebrasse. vt subsequentibus nō inueniendas vel etiam
micas reliquerint: cū tamen interum multa valde ab inquisitori
bus sint fidei morūq; misteria ex eisdem litteris ad inuenta: plu
ribusq; voluminibus exarata/sed ꝛ iudeis inuēientur. Q, si di
xeris te priscorū monumentis contentum amplius nihil inda
gare posse vel velle. Apostolum saltē audias Chorinthios āmo/
nentem/quatenus qui manducat/non manducantem non sper
nat. Si demum hebreorum codices causeris aliquibus in lo
cis (vbi de christi diuītate vł alijs quibusq; fidei testimonio oc
currūt) ab in fidelibus deprauatos. Respondebitur nō vsq; a
deo corruptos esse quin veritatis vestigia a dilgētioribus valeāt
deprehendi: cū non nisi in puncta de facili soleat vipereū illud iu
deorū genus virus sue infidelitatis effūdere. Accedit ꝛ illud cer
tum vicz ante Hieronymi tempa vitiatos fuisse hebreoꝝ volu/
mina/in eisdez locis sicut ꝛ nostris tempibus timere habem? si
cut et nōnulli iudeoꝝ doctores dicūt ob rationabiles causas a
patribus eoꝝ alteratas esse sententias. Teste tripartito magistri
Cōradi sūmerhart de verbo icarnato. Unde nō ob id debet nec
potest aliorum locorum que de christo nō exponūt auctoritas re
fragari. Quinimo ꝛ in alijs inueniri solēt ex eoꝝ litteris que no
stris traductionibus prodi minime potuerūt Hoc igitur hebre/
orum antiquissimū ideoma iure sanctitatis lingua nūcupatū. ꝛ
si nouellis discipulis rude videatur ꝛ incōptū/quobrem ꝛ curio/
sis orationū sententiarūq; coloribus delectaris nauseabile vide
atur ꝛ insipidum. instar sancti Hieronymi profectioribus tamē
ac fidelibus alumnis suis multa eloquentia decoratū apparet,
Eodē super Esaiam teste Hieronymo. vbi eundem falerata elo
quentia adornatū profitetur. Ad paulā etiā scribēs hebraicarū
litteraꝝ alphabetū cum septemplici colligatione facte prodidis
set summis mysterijs refertum talibus est eam adhortatus. Oro
inquit quid hoc secratius sacramēto quid hac voluptate iucū/
dius q̄ dei scire prudētiam/et in abdita eius intrare/et sensum
creatoris inspicere/et sermones domini tui q̄ ab huius mūdi sa
pientibꝫ irridetur plenos esse sapientia spirituali. Habeant sibi
ceteri suas opes/gemma bibant/serico niteant/plausu populi de
lectentur nostre diuitie sint in lege domini meditari die ac no/
cte. pulsare ianuam non patentem/panes trinitatis accipere ꝛ se
culi fluctus domino preeunte calcare Discamus itaq; in ter/
ris: quorum scientia perseuerat in celo.

Musica

Figurata

De dispositione lingue ad hebreũ

Capitulum primum.

Veras litteras debita pronũciatiõe in mediũ proferre cupiẽs/vt litterarũ et punctorũ/qui bus scribitur noticiã habeat necesse est vñ et redditur etiã ab ineũte etate nutritis in eadem admo dũ lectiõe difficilis/vt vix inhabitãtẽ terras nostras iudeum/q̃uis doctũ/inuenias quẽ inter legendum nõ plerumq̃ titubantem deprehendas. Tanta nãq̃ est pũ ctorum multa et discors differẽtia quorũ aliqua supra litterarũ figuras aliqua infra/nonnulla deniq̃ inter litteras cõduntur. Sed et leguntur aliqua/alia vero pertranseuntur intacta/vt visiue potẽtie legentis ea omnes vires/totoq̃ potestas/presertim eorundẽ non asuetis vix/suppetãt. Accedit nihilominus et requisi ta lingue gutturis/labiorũq̃ singularis et multiplex dispositio/vt nõ nisi natura inclinatis eidem nõ mul tum grauis optime legendi labor occurrat.

De litterarum hebraicarũ nume ro/figuris et ordine. Capitulum secundum

Eiusdem igitur scripture legendi modũ assig naturus primũ/postea punctorum tibi signa bo vires/demum intelligendi modum superficialem breuibus reserabo. Atq̃ iterum de litterarum numero figuris et ordine primum verbum faciam. Subinde earum inter se differẽtias pertractabo. Omnes igitur littere quibus hebreorum sermo conscribitur iuxta li brorum numerum de Canone Biblie secundum Hie ronimum existentium numero vigintidue Figurarũ tñ siue characterum sunt. xxvii. q̃nq̃ em littere sunt duplices scilicet. Caph. Mem. Nun. Phe. Zadeck.

Aliter em̄ scribunt per litteras pr̄cipia/medietatesq̄ dborũ/aliter fines vnde et quinq̄ libri a plerisq̄ du plices existimãtur. Samuel Melachim Deberaim Ezres Hieremias cũ Canath id est lamẽtatiõibus su is. Litterarũ autẽ figure secundum cõmunem scribẽ/ di modum sunt he.

Hes/Sain/Vau/He/ Dalets/ Gimel/Bets/Aleph
ח ז ו ה ד ג ב א

Nun/Mem/Mem/Lamech/Caff/kaff/Jots/Tes
finale finale finale
נ ם מ ל ך כ י ט

Zadech/Zadeck/Fe/Phe/Ayn/Semech/Nun/Taff
finale finale
צ ץ פ ף ע ס ן ת

Schin/Res/Quff/
ש ר ק

Has litteras primũ inuenisse Mosẽ tradunt legẽsq̄ vete/testa/diui nitus reuelatã talibus scripsisse voluminibꝰ (ea vol ũedo denõiasse) proprie nõ libris Omes autẽ he littere cõsonãtes sunt nõ vocales et cum punctis quibus iũ/ guntur/de quibus post hac dicetur sillabas cõstituũt. Harũ etiã lr̃aruz differẽtia mul tiplex signatur. Quin q̄ enim he litterarũ figure dictõnuz nõ finẽ obseruãt et ponuntur nunq̄ in dictiõis initio/sed nec in medio sine sũma quadã significatione/vti phas est videre ꝺ littera ם Esaie septimo capitulo vbi non sine grãdi et magno miraculo principium sibi dictionis לםרבה lemarbe vẽdicasse videtur. sed alias reperies nusq̄. Alie aũt littere non tã in principio q̄ fine locãtur qui tupliciter et proũnciãtur iuxta quicq̄ correquisitorũ istrumẽtoruz officia. Sunt nãq̄ quattuor lr̃e quaruz prolocutio gutturis motõem requirit quaruz est hoc si gnum lr̃aruz אהחע vñ et gutturales dicũtur sũt itẽ quattuor palati cõtactum exigẽtes hac dictione sig/

nate/ גיכק Tertio lingue motu formantur/quarum quinq3 assignantur hac dictione monstrate דטלנת quattuor sunt non nisi dentium vsu formabiles. Similiter quinq3 quarū prese fert hec dictio typū זסצרש Demum quattuor sunt labys vtentes vt sunt בומפ vnde solet plerūq3 contingere vnius instrumenti altera scribere per alterā dictionum/significatione minime alterata. Sunt enim idē נשא et נטל tollere significantes/vel auferre. Similiter גן et גנה quarū vtrūq3 hortum signat. Inueniuntur eodē in loco Cāticorū quarto additur duarū litterarum sonus nariū obstructione proferri. vt sunt Mem et Nun.

Est etiam litterarū dispar coditione. Sunt nanq3 radicales vel fundamētales alique/et alie seruiles inueniūtur et radicales pro quarū est euidētiori idagatiōe sciendū/omnes fere habraici sermonis primitiuas dictiōes mōasillabas eē/vel bisilabas. Oēs etiā dictōes duabus litteris scribi solent vel tribus/raro aūt quattuor rarissime quiq3 que ob nimiā paucitatē ab hebreorū doctoribus non cōputantur. Hi igitur litterarum characteres/que in primitiuo. quod אבא nominant scribi solent tantū radicales vel fundamētales dicuntur. que autē gratia coniugationū declinationnm vel compositionū pro tempore apponuntur. seruiles dici possunt/ vndecim sunt littere/ que sunt sic radicales vt nunq̄ seruiant que ab hebreis שרשי id est radicales nominantur/Quarum sunt he dictiones signa [illegible] que a suo ouar propter nullā cōiugationem quo quomodo valeant resecari. Sūt similiter vndecim que sic plerumq̄ seruiunt vt pro tēpore et radicales existant ab hebreorum doctoribus nūcupate איתן משה Quarū sunt illa signa וכלב [illegible] inter quas alique solum in initio dictionū seruos se ex

Distinctio litteratum

radicales

hibent. vt sunt quorũm signum אלכשׁ alique super hoc et fini adiiciuntur/ vt sunt contenti in hac dictio ne הוים הבר Seruiles autem que sint in significando officia dicetur in sequentibus. Sunt preterea nõnulla litterarũ que se subsequẽtes in eadẽ vel distinctis dictõibus litteras attenuãt aut tenue pronũciari faciunt vt sunt בגד que בגדכפת dicuntur/ quarũ tres ille בגד non tam in principio vel medio ꝙ fine cõstitute hoc efficiunt. Sed ת in fine tantum locata postpositam lr̃am reddit tenue pronunciandã de litteris punctorũ susceptiuis et qualium inferius patebit Cum etiam de litterarũ conditionibus hic agatur nõ videtur tandem et neglectui dandum instar grecorũ et hebreos iuxta litterarũ ordinẽ suputationũ signa tenere vt vnitatis signũ sit א penes eosdẽ qualitatis ב Ternarii ג Senarii ו Vigenarii כ Trigenarii ל sicq; secundum ordinem vsq; ad ק que centenariũ signat. Vnde primi nouem pro digitis vtuntur. sequentibus vero loco articulorũ qua propter vnã alteri cõnectãdo numerus resultabit cõpositus. Hec de litteris succincte dicta sufficiant.

DE CONDITIONE ET ORDINE PVN CTORM CAPITVLVM. III.

De essentialioribus hebraice scripture characteribus sine quibus videlicet scribi non potest mentionem fecimus. nũc de minus principalioribus minusq; necassariis scz punctis disseramus. Solum namq; in sacris eorum coditionibus de canone biblie penes eos existentibus hebrei talium punctorum vsum habẽt. Alios autem eorũ li/

bros non punctuatos/nō nisi conquisita ex sacris vo/
luminibus legendi cōsuetudine legere possunt. Unde
vnum est singulare summaqꝫ dei prouidentia cōstitu
tū vt lingue illius quisquis externus adipisci peritiā vo
luerit ex solius legis sacris codicibus cōquirere possit
Cū ibi tantūmodo puncta quibus distincte legitur in
ueniantur. Quāq̄ autem nō ab initio legis puncta fu
isse dicāt. Sed a prestātissimo legis doctore ezra super
addita perhibeātur post babilonicā iudeorum capti/
uitatē. idipsum tamē intelligerem non de omnibus
punctis quibus modo vtūtur/siquidē aliquos semper
extitisse credo. E medio nāqꝫ sublatis om̄ibus pūctis
relinqueretur sane equiuocatio tanta/talisqꝫ in legen
do cōfusio vt non foret cuiqꝫ legēti satis integrum cui
se tuto sentētie cōmitteret. Per multa nāqꝫ cernitur in
solis litteris et magna equiuocatio sed his adhibitis
debitis pūctorū apicibus admodū rara deprehenditur
Sunt autem punctorum duo genera quorum aliqua
ca pun
um
alia
a voca
vocalium vires habētia cum litteris quibus iūgun/
tur sillabā cōstituunt. et sunt talium nouē. Alia sunt
nō quidē ad vim vocalium litteras cōtrahētia/ sꝫ alio
quodā modo litterarum qualitates īsinuātia. et id du
pliciter/vel enī litterarum naturales voces mutāt vel
per se stare ostēdunt. Unde nō puncta sed litterarum
signa veniunt nuncupāda. Quorum diuersitas nō fi
gurarum dispositiōibus sꝫ locorum est proprietatibus
capienda. Idē nāqꝫ punctum figura diuersis in litte/
ris vel etiā iuxta eandē diuersimode locatum diuer/
sa significare solet. Primum igitur de vocalibus pun
ctis. Post hec d̄ litterarum signis tractabitur vocalia
ncta
plitia
puncta sunt duplicia scꝫ simplicia atqꝫ cōposita. No/
uē sunt non ob id simplitia vocata qꝛ figura simplicis
apicis conscribitur/sꝫ qꝛ vnius vocalis significatiua

patsah Primum פַּתָּח patsah vocatur et infra litteram ponitur talis _ figure/significans litterã cui iungitur a clarum vel e mense deflecti. vt sic.
la. cha. ka. ia. ta. ha. za. va. ha. da. ga. ba. a.
לַ חַ כַּ יַ טַ הַ זַ וַ חַ דַ גַ בַּ אַ
ta/scha/ra/ca/za/za/fa/pa/ha/sa/na/na/ma/ma/
Cõmetz תַ שַׁ רַ קַ צַ צַ פַ פַּ עַ סַ נַ נַ מַ מַ
Secundum קָמֶץ cometz vocatur talis figure ָ significans a sueuicum quod inter a clarum et o mediũ profertur posset q; nostris litteris taliter scribi a
ma. la. cha. ka. ia. ta. ha. za. va. ha. da. ga. ba. a.
מָ לָ כָ כָּ יָ טָ חָ זָ וָ הָ דָ גָ בָ אָ
ta/ssa/ra/qa/za/ za/ fa/ ipa/ ha/ sa/ na/ na/ ma/
zare תָ שָׁ רָ קָ צָ צָ פָ פָּ עָ סָ נָ נָ מָ
Tertium צֵרֵי zere dicitur in hunc modum figurat ·· deflectẽs suprapositam sibi litteram in e obscurum et proprie pronunciatum sic scribitur.
me/ le/ che/ ke/ ie/ te/ he/ ze/ ve/ he/ de ge/ be/ e/
מֵ לֵ כֵ כֵּ יֵ טֵ חֵ זֵ וֵ הֵ דֵ גֵ בֵ אֵ
te/ sse/ re/ qe/ ze/ ze/ fe/ pe/ e/ se/ ne/ ne/ me/
Segol תֵ שֵׁ רֵ קֵ צֵ צֵ פֵ פֵּ עֵ סֵ נֵ נֵ מֵ
Quartum est סֶגּוֹל segol tribus punctis tali mõ ∵ dispositis constitutũ/deducens litterã supra positã
ve/he/de/ge/be/e
in e clarũ vel sueuicũ. Sicut scribit. וֶ הֶ דֶ גֶ בֶ אֶ
Vñ quatenus illorũ differẽtia facilius cõmẽdetur memorie sumãt vulgariã hec duo nõia mer/ significatũ huius dictiõis mare/et mer.i.fabula vel rumor. In quorũ primo posita vocalis ẽ zere in scdo segol. Sz in hac dictõe latina zere pria vocalis segol scda zere.
Quintũ שְׁוָא schewa dr duobus pũctis sic ordiatũ significãs e breue qz nri iudei legũt mediũ int o et e per

nasum de quo singulares regule dabūtur sic scribitur
he ge de be E
ה ג ד ב א Scheua
Sextum חירק Hirick vocatur vno puncto infra litteram figuratū q̄ i ad hi di gi bi i
vocalem contrahit sicut hic patet ה ד ג ב א Hirck
Septimum est holem חולם signatū vnico pūcto supra litteram ad ho do go bo o
sinistrā eius cōstituto significās o vt ה ד ג ב א Holem
Octauum est שורק schurick tribus punctis infra litteram hoc modo ordinatis ⋱ et significat vocalem quandam litteram inter u h du gu bu u
et i medio mō se habentē/scribitur sic ה ד ג ב א schirick
Nonū est punctū mellupim מלאפום vnicū intra vau litteram tantū collocatum faciens cum eadē vo calem vt sic. hu du gu bu u
הו דו גו בו או Vn̄ notes oēs pūctos vo melupim
cales infra lrām ponendos preter holem supra ad litte re sinistrā partē. Ex mellupim intra vau litterā collo catā. Exēplū primi est אב vel חירק Secūdi hoc da tur exemllum ... de pūcto scheua tales damus regu Nota
las in sacra scriptura obseruabiles. Prima talis ē pū ctum scheua sub prima dictiōis lr̄a positū pro e breui eg ē dū est. ab almanis aūt ob nimiā breuitatē quasi insensibiliter pronūciatur. ... vt hic secūda regula Regule de scheua Prima
punctū scena inter duo pūcta positum nō tāgitur sed syllabe finem indicat/sicut in hac dictione ... . Ter Scda
tia regula. Si littera vnica equipollēte duabus prop ter do gesch in ea positū locetur schena. et hoc in dictio nis medio Legitur illud punctū ac si sub duabus litte ris bis poneretur. Tunc em̄ sub prima positum nō tā geretur. sub secunda vo pro e breui legeretur vt videri potest in hac dictione ... que mibbene legitur non mibbne sed nec mibebene. Quarta regula si quādo eiusdez speciei due littere īmediate collocētur sub qua Tertia Quarta

rū pria pōatur scheua sub alia cernitur [illegible] scheua p e breui tāgat alterū p e lōgo Si āt nō sunt similes ille due lr̄e et sub earū qualibet scheua ponit primū non tāgitur sz prioris syllabe finē facit sicut in scda regula dictū fuerat scōm vero pro e breui legitur. Exēplum patet in hac dictiōe [illegible] que iechōneho legitur. Exemplū secundi vt in hac dictione [illegible] nichretsu nō nicheretsu et hoc de punctis simplicibus dictū. Tria sunt puncta cōposita Primū vocatur hateph patsah compositū ex hateph/id est scheua et patsah sic figuratum. Secundum vocatur hateph cometz compositū sic : _ Tertiū hateph segol tali modo formatum a ∵.. Hos antē compositos apices legētium discordo adinuenit. Erant aliqui doctiorum qui aliquas dictiones puncto cometz notari voluerunt vt [illegible] non etiā de erāt dicētes easdē scheua designari [illegible] Sic et super aliis quibusdam dictionibus vigebat cōtrouersia. vt ibi [illegible] et [illegible] Cum autem vtrisq subesset par ratio cum non iccirco significata mutarentur dictionum conclusum extitit vtrumq punctum sine vitio legi non posse. quod quisq voluisset/et hec ratio est secundum aliquos. Sunt alii qui dicunt in eisdem compositis scheua debere producēdo legi. vt simul hec oīa ∵: e longo equiualeant sic et de aliis. Hactenus de vocalibus punctis. Puncta cōposita

DE LITTERARVM SIGNIS
CAPITVLVM QVARTVM.

Itterarum signa sunt quattuor. Quorum primum dogesch dicitur et est punctum instar Hirick sed inter litteras clauditur vñ si fuerit positum in litteris [illegible] indicat eas pronunciari debere naturalibus Litterarum signa

vocibus sicut in hac dictione השתה in aliis autē lit-
teris si aliquādo positum inuenitur in medio dictiōis
signat geminas esse legēdas. Sicut in hac dictione.
בה in prima autē littera quecunq₃ sit positu₃ dogesch
vult eā durius ꝓnunciādum nō geminari vt ī hac di
ctione באלהים sed nunq₃ positum in litteris gutturali
bus reperies nec etiam in littara res cum eedem gemi
nari non possunt. Animadnertendum autē indifferen-
ter poni dogesch in littera vaū et etiā mellupim. Si
nanq₃ preter punctum in ipsa clausum nullum aliud
eidē littere punctum seu aliud signum adueniat pun
ctu₃ illud mellupim est et deflectit in u vocalē vt hic
וראה Si autem cum eedem puncto in littera vau po
sito alius punctus supra vel infra lrā₃ callocaretur do
gesch et redditur littera duplex. Scdm alia puncta de
flectitur seu determinatur. vt hic חזה hasah. vel sic
מחזה mezafeh. Secundum litterarum signum est
raph instar puncti parsah formatum tamen ponitur
supra litteram. significat autem sub se locatam tenue
explicandam sicut in hac dictione דגי Signatum
autem supra quattuor has litteras בכפת mutat na-
turales earum voces כ quidem in ch vt בכל chal. ב in
f multum tenue sic greci becha ꝓnunciari solent vt
בכה et פ in ph vel f durum vt hic. פניך phane-
cha ת in s blesa lingua prolatum. vt hic. בית bets.
את secundum vere loquentes quo pronūciandi mo-
do nostrates iudei verecundantur vti. vt posserq₃ no-
stris litteris in hunc modum ts separari. Sic hic
בית ets. Raphe autem supra vau signatum in f etiā
mutat vel in consonantem. Alia quedem duo puncta
sunt/ que supra litterā schin habent poni sicut holem
vnde si ad dexterā partem superiorem locatum fuerit

equivalere facit litterā schin sch. et punctū tale iam in dicitur. אִישׁ isch. Si antē sinistrum caput collocatū extiterit valet s durū sicut samech et tunc Schmol dicitur. Sicut em̄ lamin hebraice/dextrum dicitur latine sic schmol sinistrum importat. Est et aliud qddā punctum in sola littera ה vel subtus locabile qđ mappick vocant/nō littere alicuius nota/sʒ potius sentētie Significat enim pronomē relatiuum eius illius eiusdem et cetera cōdeclinea vt in hac dictione videtur. בְּקִרְבָּהּ in medio eius vel illius. In hispanorūʒ codicibus intra litterā ה positūʒ regulariter īuenitur vt sic בְּקִרְבָּהּ Aduertēdum preterea nullā illarum sex litterarum אהוי ע quoquomodo nō punctatā superioribꝰ punctis legi/vbicūq ponatur. Instantiam patitur hec regula in his duabus litteris iots et vau. Primo si iots in fine ponitur dictiōis antequā immediate littera queuis etiaʒ ponatur puncto Cometz patsah/ vel holē directa/tūc enī iots tāgitur. Exēplum de patsah vt חַי De cometz/vt יָדָי De holeʒ vt אוֹי Similiter iots tangitur in fine si penultima vau fuerit punctata Mellupim/ vt תָּלוּי talui Excipitur etiaʒ ab hac regula vau in hac dictiōe qñ est in calce posita si precedens immediate littera sit iots/etiā si ipsi vau schevua fuerit ānotatū vt hic יָדָיו et si vau in fine sine precedēte iots locata fuerit legitur pro f imperfecto/ vt שָׁלֵו nisi punctetur alio puncto a schevua tunc em̄ pūcti exigentiā legi oportet vt hic לֵוִי Tandē et hoc nō est negligendū quandocunq littera hes vel ain vltio loco ponitur easq immediate patsah precedit qualiscūq precedens vocalis legetur citius vocalis a q̄ haspirationū illaruʒ sonus audiri debet vt hic רוּחַ nō em̄ ruha legitur/ruah Sic etiā יוֹדֵעַ iodeah pronūciatur non iodeha legitur. De legendi modo tibi sufficiant

Schmol

mappick

Exceptio regule

Exceptio de vau

Nota

Musica figurata

Musice figurate prefatiuncula.

Ophionē dyrceum An
tiope Lincei cōiugis Methei thebani regis filie. ac Ep
paphani Jouis ⁊ Junonis filij (vt poete referunt) fili
um Mercurius. a ceca gente deus creditus p̄mū citha
donasse fert. Qua accepta art ita peritus euasit: vt fa-
bulosa dicant saxa sua spōte se muris imposuisse. Mer
cur9 quoq; cū in Cylleno monte lyram ꝑ testudinem
inuenisset eā septē decorauit cordis. ac p̄mū Orpheo tra
didit: cuius cantu Euridicem ab inferis reuocasse dicit. Ecce hi q̄ instrumē
tis potiri sunt: sine huius art vera noticia (si fictis est adhibenda fides) q̄d
pfecerint. oīm fere poetarū libri pleni sunt. Ad q̄d nos faciemus: q̄ regulis p̄
ceptisq; informamur q̄tumq; nostrū ab his distet initiū ipi officis intelligi-
mus. Sed q̄d honoris emolimētūue accipiemus pricipe. Nō saxa sua spōte
se muris imponēt. nec ab inferis reuocamus quenq;: qd fictū ⁊ incongruus
est. Sed si dei summi laudes decantauerimus: coronā immarcessibilem con
sequimur: ⁊ vitā accipiemus eternā. nēpe nō modo poetaꝝ ex libris laudes ac
cipere poterimus. sed ⁊ in libro vite aureis characteribꝫ nomina nostra scri-
bent. nec ars nostra a Mercurio (qui apud inferos manet) erit. Sed a chri
sto iesu omniū plasmatore q̄ in ethere regnat. Ecce q̄ dispar meritū ⁊ q̄ di-
spares art preceptores habemus. Sed ꝓhemij satis. tertiā nunc ptem modū
formamq; mensuralis Musice aggressuri. 10. capitulis distinguimus.

De notaꝝ figuris tanq̄ principijs materialibꝫ. Ca. I.

Figura est species notarū cognitionē faciens: p quā oīs ꝓpor
tio armonicaliter exprimi habet. Harū nos octo ponimus licet
antiqui quinq; solū locatūt. credentes in his quinq; dumtaxat
fore ꝓportiones p primos Musice gradus pura modum. temp9
⁊ plationē. nō tamen errauere. habet eīm minima specialissimā
speciei rōnem que in duas alias tantūmodo scindit. Rursus ⁊ alia in alias
duas. ⁊ sic in infinitū. quo fit vt de sequentibꝫ tribꝫ nulla scientia esse phibet
sꝫ habilitas quedā. adeo eas apposuere p̄mi artis Autores: nos vero abilita
tis gratia nō omittimus. Sunt autē he notaꝝ figure vicz. Maxima. que qua
drangularis extat figura. filū quoq; habens ductū vel sursum vel deorsum
in dextra eius pte: cuius longitudo triplicat latitudinē. Longa autem qua
drata est figura queadmodū maxima caudata: sed ⁊ longitudine ⁊ latitudi-
ne equalis. Breuis vero corpus est positū semp quadratum absq; filo. Semi
breuis figura est que s̄m rectam ꝓportionem p̄dicte speciei medietatē ob
tinet. Uel est nota ad modum oui formata: nullam habens caudam. Mini-
ma eiusmodi est figure in corpore: sed filum adiectum habet. Semi-
minima eiusdem ꝓportiōis cū minima est: sed colorata aut non colorata. sꝫ
vncum habens ductū deorsum parte dextra. Fusa corpus est in toto forma-
tum vt minima coloratū. vnum quoq; habens vncum vel duos sine coloris
variatiōe. Semifusa eiusdem speciei cū minima est colorata: duos quoq;
habens vncos datos deorsum pte dextra. vt nō colorata eosdē obtinēs vncos

& filum adhuc ab infra in quo iterum vncum sursum habet sinistra. Quare semper alia ex alia cōsurgit. vt inquit Naso. Ex alijs alias recipit natura figuras Idem est siue cauda ascendat siue descendat.

Figure notarum sunt octo.

Maxima
Longa.
Breuis
Semibreuis


Minima
Semiminima
Fusa
Semifusa

De trib⁹ primis Musice gradibus tāq̄ p̄ncipijs material' b⁹. Cap. ij.

Nde modus est figurarum coordinatio: varios animi effectus in cantu demonstrans. Vel sic. Modus est triū longarum cōtra maximam. aut trium breuium contra longam. Vel est duarum longarū contra maximam. aut duarum breuium contra longā positio. Circa modū vero varie sunt Musicorū opiniōes. et plerique diuersimode sentientes. id nihilominus qd rectius existimauerimus breuiter aperiemus. Quēadmodū enim in Musica plana modus saltuum atque consonantiarū species ostendit. Sic impresentiarum etiam numerū notarūq; valores per tempus & plationem informat. De hoc Hora. dicere conat libro sermonū cum ait. Est modus in reb⁹ sunt certi deniq; fines. hoc tamē Musicaliter sic intelligi habet. Vbicunq; est modus ibi est tempus & platio sed non econuerso. Nam modus agit in maximus longas. & breues quo ad augmentationem. Est autem duplex modus. Maior qui in longis & maximis consistit. Minor vero in longis & breuibus: sed in breuib⁹ nihil triplicat Amplius modus. in pfectum & imperfectum scinditur. vt in subiecta descriptione claret. Sed vt verum fatear: In Musicorum voluntate hec posita sūt parua ratione alioquin circa omnia signa modus versatur.

Modus duplex
Maior: Perfectus / Imperfectus
Minor: Perfectus / Imperfectus



Tempus est mensura vocis prolate vel omisse sub vno motu ꝯtinuo. Vel sic Tempus est duarum vel trium semibreuium aut valoris earundē contra breuem positio. Est aūt duplex tempus perfectum videlicet & imperfectum agitq; dumtaxat in breues & semibreues vt sequitur At plane Musice tempus est tempus durationis eiusdem. mensuralis autem Musice tempus p tactū moueri habet. de hoc Naso ait. Ipsa quoq; assidua voluunt tps motu

Tempus est duplex — Perfectum / Imperfectum — Est quando — valet

Prolatio est cognitio soni semibreuibus minimisque figuris mensurati. Vel sic. Prolatio est duarum vel trium minimarum aut valoris earundem pro semibreuem expositio. Est autem prolatio biptita. aut est trium contra vnam et maior appellatur. aut duarum contra vnam et dicitur minor. agitque solum in semibreues et minimas. In plana autem musica prolatio est ipse cantus in se.

Prolatio est duplex — Maior / Minor — Est quando — valet

Modus vero tempus et prolatio primi et speciales artis Musice gradus dicuntur: per quos tanque per magis principalia ascenditur. Qui si per ternarium computantur numerum perfecti sunt. Secundum Boetium qui ait In musica omne ternarium fore perfectum. omne vero binarium imperfectum fieri. hoc etiam Virgilius notare videtur cum inquit. Numero deus impare gaudet. Differunt tamen inter se hec tria. Modus nanque respicit maximas: longas: et breues. tempus vero breues et semibreues. prolatio vero semibreues et minimas.

De signis in syncopatione. Capitulum. III.

Signum est quod priorem facit cognitionem de cantu. quo ad modum tempus: et prolationem. de signis profecto veteres optime senserunt frustra enim modus: tempus: et prolatio absque signis agnoscerentur cum priorem eorum dent cognitionem. Illi tamen varia ponentes signa. nos vero propter mensure tarditatem ea omittimus. nam vbi modus ibi tempus et prolatio. quamuis non econtra. in omnibus enim signis tempus et prolatio est: sed non modus. Quare aliam nobis ponamus signorum diuisionem. Sunt enim signa primitus quadruptita. Nam aliqua sunt signa prolationis maioris. quedam minoris. aliqua diminutionis. et quedam modi. vt in subiecta apparet figura. In plana autem Musica signa sunt littere locales et claues positiue.

Modi — perfecti / imperfecti — temporis imperfecti per diminutionem

Minoris prolationis — Perfecti / Impfecti — temporis

Minoris prolationis — Perfecti / Imperfecti — temporis per diminutionem

Maioris prolationis — Perfecti / Imperfecti — temporis

Hebraica

Aduertendū ꝙ priores Musici binis circulis ⁊ pūcto tres Musice grad⁹ designarunt isto modo. ita videlicet. vt circulus exterior modū indicaret: interior vero tempus. et punctus ꝓlationem. Moderniores vero cātores ob carminum velocitatem huiusmodi signa peruerterunt: ponentes pro eo que interioris circuli officiū haberet cifram. quare adhuc numerus appositus circulo vicē obtinens circuli minoris tempus respicit. cūqꝫ huiuscemodi numerus fuerit ternarius tempus ꝑfectum designat. si vero binari⁹ imꝑfectū: ⁊ semꝑ in diminutione ponitur. Amplius aūt nostri in circulo iuxta numerū posito modū designauere. tale obtinentes discrimen: vt si plenus foret circulus modum ostenderet perfectum. Si vero semiplenus imꝑfectū. Si aūt se solo poneretur circulus absqꝫ numero: tempus designaret. ⁊ punctus in circulo locat⁹ ꝓlationē. maiorem / absētia vero eiusdē minor ē. non aduertēdo ceteras additiones. Sunt ꝑter hec adhuc alia signa intrinseca quibus non nunꝗ̄ cantilena dinosci poterit. Et sunt triptita. Est enim aliqued modi. aliquod temporis. ⁊ quoddam ꝓlationis. Modi perfecti signum intrinsecum est trium longarū denigratio. vel pausa tria occupans spacia. Temporis ꝑfecti aūt signum est denigratio triū breuiū vel pause descendentes ad medium spacij eiusdem. Sed signum ꝓlationis est duarum semibreuiū coloratio: vel due pause ascendentes ad mediū spacij. ⁊ cum huiusmodi tria signa desint est ꝓlatio minor. tempus imperfectum ⁊ modus imperfectus: nisi specialiter cantus esset signatus signo extrinseco.

Alia signa non existentia de carminis ꝯstitutōe:
- Reinceptionis
- Conuenientie
- Pause generalis.
- Aspirationis
- bmollis b

Csolfaut.
Ffaut.

De notarum syncopatione.

Syncopatiōis due sunt spēs:
- Semiditas fit in tempore imperfecto quando semicirculus per tractum diuidit. vt hic. ibi eīm dumtaxat medietas omniū notarum canitur
- Diminutio autem fit in tempore perfecto quādo circulus diuiditur per tractum. vt hic. ibi enim solūmodo tertia ps notarū aufertur. Uult eīm cantum in tali signo modi cū velocius tangi debere ꝗ̄ in illo. Sunt enim vnum et idem in esse ⁊ valore.

De tactu ⁊ notarum valore. Capitulum. IIII.

Tactus est continua motio in mēsura contenta. Tactus aūt ꝑ figuras ⁊ signa in singulis Musice gradib⁹ fieri hꝫ. Quare nihil aliud est ꝗ̄ debita ⁊ cōueniens mensura modi temporis ⁊ ꝓlationis: ſm eīm horū diminutionem. ⁊ augmentationē figure notaꝝ tangunt. Cuius priorē cognitionem signa indicare habent. Qd̄ aūt vnaqueqꝫ figuraꝝ in singulis quoqꝫ gradib⁹ valeat tactus. ptꝫ ex notaꝝ multiplicatione ſm vniuscuiusqꝫ signi informationē. qd̄ subiecta descriptio sane ostendit. Pro cuius euidētia specialiori aduertendum ꝙ vna semibreuis in singulis signis vnū valet tactū altera tm̄ ps vt dictū est: in signoꝝ diminutione sola canit. Hinc est ꝙ in hmōi signis vel notule velocius tangi dn̄t vel semꝑ duo tactus simul accipi ꝓ vno. ita vicꝫ vt tunc vna breuis tangetur tactu. nos tamen primū modū obſuemus tangendo semꝑ semibreuē tacta in singulis Musice gradib⁹ ꝓportionibus demptis.

Notarū valor mōdi ꝑfecti tꝑis ꝑfecti maioris ꝓlationis

o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o

o o o o o o o o o o o o o o o o o o

bre bre bre bre bre bre

lon lon

Maxima

Notarum valor modi perfecti.temporis imꝑfecti.minoris ꝓlationis.

o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o

o o o o o o o o o o o o o

bre bre bre bre

lon lon

Maxima

Notarum valor minoris ꝓlationis.tempis ꝑfecti.ꝛ modi imꝑfecti.

o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o

o o o o o o o o o o o o o

bre bre bre bre

lon lon

Maxima

Notarum valor maioris ꝓlationis.tꝑis ꝑfecti.ꝛ modi imꝑfecti.

o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o o

o o o o o o o o

bre bre bre bre

lon lon

Maxima

Notarum valor maioris ꝓlationis tꝑis imꝑfecti ꝛ modi minoris.

o o o o o o o o o o o o o o o o

o o o o o o o o

bre bre bre bre

lon lon

Maxima

Notarum valor minoris ꝓlationis tp̄is imꝑfecti ⁊ modi ꝑfecti.

O Maxima 2 longa 6 breuis 3 o semibreuis 1 minima 4

C Maxima longa 4 breuis 2 semibreuis 1 minima 4

Cum igit̄ valor notarũ in tactu cõsistat. tactus ṽo in figuris. ⁊ figure in signis. Necesse visũ est nobis p̄mitus figurarũ multiplicationē posuisse: ac deinũ notarũ valores per tactũ adiunxisse: perq̧ signorum modi. temporis ⁊ ꝓlationis indicationem demonstrasse. Suntq̧ em̄ summe in cantu necessaria. Per hæc item vis oĩm figurarum simul ⁊ ligaturarũ dinosci habet. Quemadmodũ em̄ valor existit in tactu: ⁊ tactus in figuris: figureq̧ in signis. sic etiam in ligaturis sed vario modo. Aduertendũ tñ q̧ color semꝑ aufert tertiã partem: nisi in tempib⁹ perfectis non signatis: vbi color Emiolã repñtat ꝓportionem. licet ibidē color etiam tertiã ꝑtem auferat in tactu: nõ tamen perfecte id facit in motu. In tempe ꝑfecto color nonnunq̄ nihil adimit: imo solum perfectionis vel alterationis vel imperfectionis gratia opponit: fitq̧ tantũmodo in modo in breuibus ⁊ semibreuib⁹. in tempe in semibreuibus et minimis. in ꝓlatione in minimis ⁊ semiminimis.

De punctis ⁊ perfectione. Capitulũ. V.

Punctus est qõdã titellũ inter duas notas ponit̄ aut ꝑoris medietatē addit. aut diuidit tp̄s aut ꝑficit notam. Unde nos tm̄ tres ponimus punctos: cũ antiq̄ sex posuerũt. vic3 punctũ additiõis. diuisionis. perfectionis. alterationis. imꝑfectionis. ⁊ trãspositionis. Sed nos sequẽtes tres in diuisiõis pũcto ꝯsideram⁹

Punctus est triplex

Diuisionis est duorum tp̄m ab inuicē sepatio: hic non canit̄ nec circa notã locat̄: sed paulo alti⁹ vl' ꝓfundi⁹. deseruitq̧ perfecto tp̄i. maiori ꝓlatiõe dēpta qꝛ ibi est iꝑfectio. vt h̄ 2 1 2 1 3 1 2

Additiõis est stimulatio note ad lat⁹. hic idem pũctus canit̄: ⁊ semꝑ v3 medietatē note sue ꝑcedentis circa q̄ ponit̄. deseruitq̧ oĩb⁹ ꝓlationib⁹ tēpib⁹ ⁊ modis imꝑfectis. vt hic. 2 3 1

Perfectionis est q̄ facit additionē note ꝑcedent̄: ⁊ diuisionē sequẽtis. Amouet em̄ dubiũ ⁊ ꝑfectã reddit ꝑcedentē. hic solum deseruit perfecto tempi. vt hic 3 3 deniq̧ nõnulli eũdē ꝓ additiõis pũcto locarũt qõ falsum est: qm̄ punctus ꝑfectionis interdum cantatur: sed diuisiõis nũq̄. vt hic cantatur. 2 1 2 1 2

De reliquis vero tribus nemini sit cura: qm̄ sub his trib⁹ cõprehendunt̄ respectu tamen diuersorum.

De notarũ perfectione.

Perfectio est notã imꝑfectã ꝑfectã reddere fitq̧ in mõ. tp̄e ⁊ ꝓlatione imꝑfectis. ⁊ hoc mediãte pũcto. Oĩs igit̄ pũct⁹ additiõis siue ꝑfectiõis addit⁹ cuiuscũq̧ note iꝑfecte: valet sꝑ dimidietatē note ꝑcedentis: redditq̧ figurã ꝑfectã

De pausis Capitulum sextum.

Pausa est silentium vocis vel aspirationis mensura per tm intervallum aut spacium temporis quantum figura pro qua ponitur contineri potest. Sunt autem pause ex fragilitate humane vocis per cantores invente triplici de causa.

Pausa poni propter tria
- Primo propter refectionem anhelitus. quia sicut in cantando figuras notarum ponimus: ita in tacendo pausas locamus.
- Secundo propter notam difficulter locandam: quia non omnes note sono et melodie deserviunt.
- Tertio propter cantus variationem: quia nunc cantare nunc pausare variare est. et quanto variabilius: tanto delectabilius audientibus apparet: gaudet enim varietate natura.

Pausarum alia Generalis. Et est virgula simplex vel duplex per omnes lineas chori tracta: designatque finem vocis.

Modi est tractus tendens ad lineam quartam occupans tria spacia: et valet totidem breves propter modum.

Longa complet duo spacia et unam lineam supergreditur pertingens usque ad tertiam et valet longam ubique modo excepto perfecto.

Pausa est tractus de linea ad lineam complet unum spacium: et valet breuem in omnibus signis

Semipausa est virgula a superiori parte linee descendens ad medium spacij eiusdem valet Semibreuem in omni signo.

Suspirium est tractus ab inferiori parte linee ad medium spacij eiusdem: valet minimam ubique

Semisuspirium est virgula equalis suspirio: sed a parte superiori uncata: valet Seminiminimam in omnibus signis.



Semipausa   Suspirium   Semisuspirium.

De Ligaturis. Capitulum. VII.



Ligatura est notarum congeries simul condependens iuxta formam quadrate vel oblique: estque caudata in sinistra vel dextra parte: habens caudam ascendentem vel descendentem: vel caret cauda: vel ubique caudata. Si habet caudam in dextra parte siue ascendentem siue descendentem longa est. Si vero habet caudam in sinistra parte descendentem breuis est una cum intermedijs: si autem ascendentem. Semibreuis est una cum sequente. Cetere ligature subiectis duobus metris facile dinosci habent.

Prima carens cauda longa cadente secunda.
Ultima quadrata dependens sit tibi longa

Musica figurata.



De notarum imperfectione. Capitulum. VIII.

Imperfectio est alicuius note in numero ternario depredatio. Uel sic. Impfectio est notam pfectam impfectam reddere. Fit autem pfectio dupliciter ab ante z retro. z hoc dupliciter.

Imperfectio in Tempore. | Modo imperficit ante z retro.
fit tripliciter. | ab vna ante z retro impfici possunt
Prolatione | habent imperfici a valore eius añ z retro.

Pausa añt nūq̄ impficit nec sibis silem impficit imo sp figura minor maiorē pcedentē impfici hz z nō sequentē nisi mediaret punctus diuisionis.

De alteratione. Capitulum Nonum.

Alteratio est p̄prij valoris bm note formā duplatio. Ul' sic. Alteratio est alicui' note minoris respectu maioris geminatio z fit tripliciter

Primo fit
In modo qñcūq̄ due breues ponunt̄ inter duas longas perfectas vel ante z post impfectas redditas: secunda erit altera valebitq̄ duas breues.
In tempore qñcūq̄ due semibreues ponunt̄ inter duas breues perfectas aut aliunde impficiendas: secunda alteratur: valebitq̄ duas semibreues.
In platione quandocūq̄ due minime ponunt̄ inter duas semibreues tempore cōpleto vel aliunde impfectio. secunda alteratur et facit duas minimas.

Maxima añt non alterat̄ cum nō habeat maiorē se. nec sub minima habet fieri alteratio in figuris: quia triplatione carent. neq̄ pausa alterat̄ pōt tñ deponi alteratio per punctū diuisionis z notaz denigrationem.

Pro cuius euidentia specialiori aduertendu q̄ qñ due breues inter duas longas claudunt̄ perfecti modi sine aliquo puncto secunda alterat̄.

Si numerus ternarius inter duas longas clauditur sine aliquo puncto. Prima longa est plena z breues ad seinuicem reducuntur.

Si autē vna superflua fuerit vltra numerū ternariū prima breuis primā longā imperficit. sed si punctus mediat inter penultimā z vltimam breues vltima breuis sequentem longam imperficit.

Si due fuerint residue vltra numerū ternarium prime tres imperfectiōe stant: z vltima alteratur longis manentibus perfectis.

Si aūt inter duas longas pausa breuis claudit̄ cum figura breui ꝛ pausa precedit: breuis alterat̄. aut si pausam sequitur punctus. pausa impficit p̄cedentē ꝛ breuis sequentē. Si aūt pausa sequitur breuem: ipsa impficit sequentē longam. ꝛ breuis precedentem. quia pausa non alteratur.

De semibreuium alteratione.

Si due semibreues inter duas breues claudunt̄ tēpis perfecti sine aliquo puncto: secunda alteratur. Sed si quattuor semibreues inter maiores ponūtur prima precedenti cōnumerātur.

Quotiens autem quattuor semibreues ita ponuntur: prime due coniunctim alie separatum. Ultima sequentem imperficit. Si in medio due coniūgantur prima precedentem imperficit.

Si tres quarū vltime due ligate semibreues diuisim posita primā impficit ꝛ vltima alterat: nisi punctus pfectiōis cum prima poneret̄. Si autem prime due sunt ligate ꝛ vltima diuisa pro eodem tempore computantur.

Si autem quinqȝ ponunt̄ semibreues inter maiores: quarū prima ꝛ vltime due diuisim ponunt̄. secunda ꝛ tertia coniunctim: prima semibreuis primam imperficit: ꝛ vltima vltimam. Sed si prime due semibreues coniunctim ponuntur vltima alteratur.

Sed minimarum alteratio que ratione ꝓlationis fit est talis: qualis est in modo ꝛ tempore: nisi ꝙ ibi est respectus minimarum ad longas.

Regula verissima.

Quandocūqȝ igit̄ in ꝓlatiōe maiorū due minime: in tempe perfecto due semibreues: aut in modo pfecto due breues fuerint residue: secunda alterat̄.

De proportionibus. Capitulū. X.

Proportio est duorū numerorū inequalitas. Uel sic. proportio est duarum q̄ntitatū eiusdē gn̄is vnius ad alterā inequalitate vel excessu certa habitudo. Et q̄uis ꝓportiōes sint plus ac infinite. octo tamen artis preceptores armonie deseruientes pre ceteris in vsum deferre voluerunt ꝓpter vocū ꝯsonantias ac consonātiarum partes.

	Dupla		Dyapason
	Tripla		Dyapason dyapente.
	Quadrupla		Bisdyapason.
Octo ꝓportiones musicales	Sesquialtera.	continet simphoniam dictam.	Dyapente
	Sesquitertia		Dyatesseron.
	Sesquiquarta		Dytonus Semi.
	Duplasupbipartiens.		Dyapason dyatesse.
	Sesquioctaua.		Tonus

Est igitur dupla ꝓportio qn̄ maior numerus cōtinet minorē dupliciter. vt q̄ttuor ad duo. sex ad tria. vel octo ad quattuor. Musicaliter q̄dē qn̄ due breues minime cōtra vnā ponunt̄. aut. 4. contra. 2. vel. 8. contra. 4. cuius signum est cifra algorismica binaria omnibꝫ signis associata. vt hic.



Discantus Dupla

Tripla ꝓportio est qñ maior numerus continet minorē tripliciter.vt.3.ad.1.vel.6.ad.2.aut.9.ad.3.musicaliter quādo.3.minime ponunt contra vnā.aut.6.cōtra.2.vl.9.cōtra.3.Cuius signū est cifra ternaria algoristica.vt hic.exēm.



Discantus. Tripla.

Quadrupla ꝓportio est quādo maior numerus cōtinet minorē quadruplicit vt.4.ad.1.vel.8.ad.2.u.ad.3.Musicaliter quādo quattuor minime cōtra vnā ponunt.aut.8.contra.2.aut.12.ad.3.Cuius signū est quaternaria cifra algoristica:cuilibet adiuncta signo.vt hic.4.exēm.



Discantus. Quadrupla.

